

Tortellus, alteri Hieronymus Ancai post commissum duellum, in ea potest exarserunt similitates, quas nec ipse Caesar dimittere potuit.

RECONCILIARE, PACEM FACERE.

Vide Locum Clementia: item Amicitia auditorum.

INTER QUOS. INTER EPISCOPOS.

CONSTANTINUS Magnus in synodo Nicæna libellos accusatorios, & querelas sacerdotum utriusque partis comburi curavit, & ad humilia mutuum exhortatus est: etiam hoc addens, suum non esse, huiusmodi causarum cognitionem, & iudicium sibi sumere; Socrates lib. 1. cap. 8. Socroneus lib. 1. cap. 17.

Hoftes.
CLEONE Atheniense, & Brasida Lacedæmonio simul uno in prælio ad Amphipolim cæsis, qui pacem Græciæ destinabant: Nicias Atheniensis sua industria inter Athenienses, & Lacedæmonios pacem fecit. Sperabant perique planè se è malis emerfisse, habebantque in ore Niciam, quem dicebant vitium diis charum esse, illiusque religioni tribuisse deos, ut traheret ab eo maximum, & summum bonum nomen. Reverta autem pacis existimabant Niciam auctorem esse, ut Periclem belli: siquidem hic levibus ex causis in magnas clades coniecisset Græciam videbatur: Nicias contra adduxit eos, ut gravissimis obliteratis injuriis redirent in gratiam. Unde pacem illam vocant etiamnum Niciam. Quia verò cautum in fœdere erat, ut præsidia, & oppida, quæ erant hinc inde occupata; & captivos redderent, utque sorte ducti redderentur primis, sortem Nicias, ut tradit Theophrastus, clam pecunia redimuntur, ut restituerent Lacedæmonii. Cum iam Corinthios, & Bœotios apparetet avertis ab his, quæ agebantur, elaborare ut criminationibus, & querimoniis bellum denuo excitarent: permovit Athenienses, & Lacedæmonios Nicias, paci pro nervis, & vinculo uradiherent societatem, quia terribiores descendentibus, & firmiores inter se efficerentur. Eam pacem tamen Alcibiades vastità sua turbavit. Plut. in Nicia.

Conjuges.
Postquam Trojanī in Italiam pervenere, famina illorum incendente classem: quod explicari omnino ab erroribus, & pelago cuperent. Quod autem timerent viros, salutaverunt occurrentes propinquos, & necessarios osculo, & complexu. Postquam sicra deseruit, & reconciliata est gratia, hac comitate deinceps erga illos uti perexere. Quarum imitatione apud Rom. quoque mulieres osculo, & complexu propinquos excipere consueverunt. Plut. in quaest. Rom.
CUR. CAUSA.
Honestatis.
Narrant Hispani nauas, esse in novo isto Orbe, quem repererunt, Infulas quoddam, inter quas si bellum incidat, honestissimus & fit, & habetur, qui pacem ab hoste roget, alterum scelestum, & omnibus in commune hostem, qui rogatam neget, & indignissimè eos ferre, quorum hostes in postulanda pace ipsos anteverterint, officio pulcherrimo, ad illorum sententiam, atque amplissimo. Lud. Vives in epist. ad Joannem Episcopum Lincolniensem.

Quietis.
EDGARUS Anglorum Rex, inito principatu, omnia humana studia pro pace, cujus nomen sciebat dulce esse, & rem ipsam salutarem spernere cepit. Quæ deinde parta ut ne ab externis turbati possent, ingentem classem paravit, camque tripartito circa oram maritimam locavit, quæ barbaros continerent infestam reddentes ab ingressu infule arcere. Item Scotos, & Vallos in officio retinuit. Polyd. 1. 6.
Patriæ.

Cum Græci ad Salaminem contra Xerxem pugnare nollent, sed in Peloponnesum fugere properarent, quamvis Themistocle oratione repugnante, Aristides Lyfimachi F. Atheniense, justitiæ nomine patriæ ejus, ex Ægina venit, & Themistoclem, quamvis summum inimicum, convenire non dubitavit, & depositis in præfens inimicitias, indicavit, classem Græcorum à Peris circumvenit, abque pugna evadere non posse. Quod nunciū Themistocli jucundissimum exitit, ut qui maximodum cuperet Græcos in eo loco manus cum hoste conferere. Herod. 1. 8.

Societatis.

ARTAXERXES Persarum rex bellum adversus Ægyptios gesturum, cupiens magnum peregrinum exercitum colligere, decrevit omnes per Græciam bellicos tumultos sedare. Sperabat enim Græcos ab intestine suis bellis liberatos, promptiores ad exteram militiam fore. Quapropter missa in Græciam legatione hortatus est civitates, ut communem inter se pacem constituerent. Cui sententiæ Græci, quotidianis prælis defatigati, libenter obtemperantes, pacem inter se omnes confirmarunt, ut ex suis singulæ civitates viverent, & ab omni præsidio libera essent. Constituerunt itaque Græci duces quosdam, qui circumteus ex singulis uribus præsidia educerent. Solis autem Thebanis consentire nolentibus, ut fœdus illud ad omnia se oppida prorogaret, sed universam Bœotiam Thebanorum tributariam statucentibus, nec non Atheniensibus, pertinacissimè illis contradicentibus, res ad commune Græcorum concilium relata est. Ibi Atheniensium quidem causam, referente Callistrato oratore, pro Thebanis verò Epaminonda loquente, omnes alii Græci concordi sententia sub fœdus illud recepti sunt: Thebani autem soli à fœdere exclusi, Epaminonda sua virtute animum civibus faciente, Diod. lib. 15.

Recordatio.

Vide MEMORIA.

* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Recordatio dicitur Græci, ἰστορία Hebræis, idem est quod reminiscencia, five ad cor est ad mentem rei alicujus revocatio. Quo sensu dixit Cicero conscientia bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio est jucundissima. Hunc autem locum sub memoria, & oblivione, ac ultione tractavimus, sed quia Zingerus peculiarem aliquam hujus nominis considerationem habere videbatur, hoc loco illius meminimus.

RECORDARI, IN MEMORIAM REVOCARE.

De Memoria tanquam de Facultate infra egimus suo loco. Hic ipsam Functionem consideramus cum Voluntate junctam.

CROESUS Lydorum Rex in ipsa pyra Solonis recordatus, Nullum mortaliū ante obitum beatum dici debere aferentis, ejus nomine terque quaterque in clamato, à Cyro historica feriem edocto liberatus fuit. Herod. 1. 1.

ALEXANDER Magnus Antipatri filium Casandrum capillis arreptum parieti affixit; quod Barbaros intuitus regem adorantes, ut adolefcens nuper domo profectus cæchinno non abstinuisse. Sed & cum Antipatrum accusassent quidam, eumque Casander pro virili tueretur: offensus est audacia Alexander: Plorabitis, inquit, si vera esse deprehendero eam, de quibus accusamini. Quia minaci denunciatione tantus timor Casandrum incescit, ut procedente tempore, cum ipse Macedonia, & Græciæ imperaret, animadvërta fortè Delphis magni Alexandri statua, tanto defuncti regis admonitu fit terrore percussus, ut trepidatio illa aliquandiu sedari nequiverit. Plut. in Alexandro.

Cum meminisset lacrymas meas, inquit, D. Augustinus l. 10. H. Confess. c. 33. ad Deum, quas fudi ad cantus Ecclesie tue, in primordiis recuperatae fidei meæ, & nunc ipse commoveor, non cantu, sed rebus, que cantantur: utimque liquida voce, & convenientissima modulatione cantantur, magnam instituti hujus utilitatem rursus agnosco.

NON RECORDARI. E MEMORIA DEPONERE.

Oblivionem hic Voluntariam consideramus potissimum.
Triplex jururandum fuit: quo se compositis rebus, obstrinxerunt Athenienses. Unum commune totius civitati, quod in hæc verba conceptum est: οὐδὲν ποιεῖν οὐδὲν λέγειν, ἂν οὐκ ἀπὸ τοῦ νόμου ἐστὶν. Alterum Senatibus: οὐδὲν ποιεῖν οὐδὲν λέγειν, ἂν οὐκ ἀπὸ τοῦ συμβουλίου ἐστὶν. Tertium eorum, qui res iudicabant: οὐδὲν ποιεῖν οὐδὲν λέγειν, ἂν οὐκ ἀπὸ τῆς κρίσεως ἐστὶν. Hæc ita scripta sunt apud

apud Antocydem in oratione de mysteriis, quibus locis Musæi. lib. 2. Var. lect. cap. 15. probat verbum, quo in sedandis discordiis Athenienses nros esse; Cic. in Philippicis ait non esse alienos sed sui ipsorum.

LEONTIDAS Archia Thebanorum tyranni amicus exulibus Thebanis ad eum irremptibus, oblitus fuit lumen extinguere, & tenebrarum beneficio vim intentam eludere. Plut. de Socratis demonio.

MANUBIAS Diis dicatas Romani, nec conservare, nec expurgare, & extere, nec restitute volebant, ut monimenta odii hostilis unâ cum ipso tempore perirent. Plut. in quaest. Rom.

* Recreatio.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Recreatio idem est, quod restauratio, five reproductio, & transferitur ad significandam intermissionem laborum, infirmitatis, lassitudinis, & refocillationem cum corporis tum animi, ut quæ velut de novo vitentur produci, & instaurari, dum à laboribus, morbis, molestiis velut seriantur, & quiescunt, viresque depeditas resumunt. Sic Seneca dicit in Hercules furente.

Post multa virtus opera laxari solet. Et ut luculenter Lucanus ad Pisonem: Nec enim faciundia semper Adhæc cum fronte placet: nec semper in armis Bellica turba manet: nec semper Gnosius arcus Destinatus exemplo, sed laxa cornua nervo, Et galea miles caput, & latius esse resolvit: Quod deinde exemplo Jovis confirmat. Ignea quin etiam Superum pater arma recondit, Et Ganimæde repetens convivia mense, Pocula sumit ea, quæ coelstis Fulmina, dextra. Etiam Statius postquam dixisset majorem post otia esse virtutem, addit: Tali cantata Brisiæ venit Achilles Actor, & postis erupit in Hectora plebis. Anaxagoras publicè delectis honoribus animo magno reclusis, id sibi omnino postulare commemoratur, ut quod die mortem obirent, peritis, qui disciphinis, & artibus operam darent, permitteret liberis otium & ludere, sensit enim vir doctissimus, ingenia adolefcentium nimio studio frangi, refocillatione autem, aut recreatione ad novos labores agiliores fieri. Plut. in Politicis. Vel potius ratione sibi famam comparare curavit.

Amasis Ægypti Rex ab inimicis reprehensus, quod persulfus negotiis forensibus potaret, omnique voluptatum genere solveretur, respondit: Qui arcus habent, eos non intendere nisi cum opus est: quos si semper intendunt, rumpendos esse, ac ne dum quidem fore usui, cum exigui usui. Ita qui nulla relaxatione curas suas solvunt: aut mente captos, aut corpore male affectos evadere. Bruf. lib. 4. cap. 28.

RECREATIONES, ET EXERCITATIONES.

STUDIOSI, LITTERARUM Indulgenda aliquando. Ut nemo facile negaverit, esse & utiles, & necessarias corporis exercitationes, & recreationes: ita illud in controversiam venit, quemam esse maximè commendata læres debeant, & quidem ad pueros pertinent turbines cythindæ, & D. apodiracindæ, & myrindæ & apostracifini; etiam alex lus minus commendatur: quem via veteres Germani amarunt, ut pecunia omni perditâ, etiam libertate, & corporibus suis contenderent. Cornèl.

Gignit enim trepidum certamen, & iram: Trauces inimicitias, & funebre bellum. Horat. lib. 1. Epist. epist. penult. Sic ne perdidit, non cessat perdere lusor: Et revocat cupidus alex saepe manus. Non minus & foliorum, uti vocant, ludi sæpe nocent: etiam si intereund ingenii, & eruditionis vestigia habeant. Probat magis laturæcomum lusus, qui & veruflissimus est, & ingenii dexteritate notat. Est illud notum Martialis.

Infidiosorum ludis si bella latronum? Geminus ipse sibi miles, & hostis erit. Plato ludos, & recreationes probat, que non multum discedunt à feris actionibus: non sunt conjunctæ cum periculo: non omnino carent timore, ac sollicitudine, declarant ingenia L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

erecta, aut abjecta: præparant ad vera certamina. Ideoque gymnastica requirit exercitia. Hæc ipsa dividit in saltationem, E & luctum. Saltationis verò speciem alteram observare vult magnificentiam, & libertatem: alteram bonæ valetudinis, expeditæ levitatis, & pulchritudinis rationem habere. Ut ita & univèrsum corpus, & singula membra informetur, quo omnibus suum decorum conficit. In luctu quoque cervicum, manuum, & laterum desiderat modum. Et decorum membrorum constitutionem ad robur, & sanitatem accommodatam, quo possunt pugillatus quoque, & gladiatoria exercitia conferre: quæ sanitati profunt: robustum reddunt corpus: ad militaria negotia præparant: membrorum agilitatem pariunt. Plat. 7. De Reg. Cum quo consentit Arist. lib. polit. cap. 1. Cum artem Gymnasticam in exercitatione, & institutione puerorum requirit. Et Cic. in Officiis, quod ludos, & recreationes scribit suppediare Campum Martium. Et Galenus de art. Med. & lib. 2. de tuenda sanitate. Plut. in convivial. leg. 2. Problem. 6. Athen. lib. 4. Patricius de Institut. Reipub. lib. 2. tit. 8. Mercurialis de ali. Gymnastica lib. 2. cap. 9.

RECREATIONUM GENERA, ET MODI VARI.

Primum genus exercitationis, & recreationis, Luctus: & quæ ad hæc referuntur. Secundum est Deambulatio. Socrates interrogatus: cur deambulare crebrò? respondit: se ita famem f obfonate. Cic. 5. Tusc. Amasis Rex Ægyptiorum Ægyptiis mandavit, ne prius cibum juvenes caperent, quam centum & octoginta stadia percurrissent. Diodorus Siculus lib. 2. Augustus, & Adrianus Imp. in castris quoque exercere se milites voluerunt ambulando. Sæton. in August. Sed non tantum militibus prodest hæc recreatio, sed maxime utilis literatis, & studiosis est: quia valetudinem conservat, corpora pura reddit, imbecillitate à morbo contractam depellit; facit, ut non statim ad quietem, tanquam à contrario ad contrarium, transitus fiat, sed medium aliquod interponatur. Et scribit de se Seneca, quod cataractis, & destillationibus, à quibus affligebatur, solitus fuerat deambulatione succurrere. Epist. 79. Plato in Phædro Arist. Probl. 38. Xenophon in Œcon. Hippoc. lib. 2. de Dieta. Galenus in Epidemicis lib. 6. Cap. 7. Methodi de tuenda Valetudine lib. 2. Mercurialis lib. 1. cap. 11. & 12.

Tertium genus exercitationis Pile est, quod & ipsum valetudini infervit corporis, parat, & auget agilitatem, ad motus promptiores reddit, acquirit robur, firmat crura, brachia juvat, membrorum efficiat concinnitatem, respirandi immittit, excrementa attenuat: commendata maxime esse debet, quia calculo sibi mervunt. Unde Galenus integrum libellum de pile ludo scripsit: meminit quoque hujus lib. 1. cap. 8. de tuenda Sanitate. Patricius de Institut. Regis lib. 3. titul. 9. Mercurialis lib. 2. cap. 3. & lib. 3. cap. 4.

Quartum est Curfus, genus exercitii accomodatam militiæ, & simul quoque sanitati, ut majori impetu in hostem juniores procurant, ut loca opportuna celeriter, cum usus advenit, occupent, vel etiam ante occupent, cum idem adversariis facere voluerit: ut ad explorandum alacriter pergant, alacritus redeant; ut fugientium terga facilius comprehendant. Plato 1. de leg. Galenus lib. 2. de tuenda sanitate. Vegetius de re militari lib. 1. cap. 9. Patricius lib. 3. de Institut. Regis tit. 3. Mercurialis lib. 2. cap. 10.

Quintum Saltus, & ipsum utile exercitium: quo vel fosse transtillunt, vel impediens aliqua altitudo superatur, & in ipso conflictu bellator, cum saltu veniens adversarii oculos perstringit, mentem deterrere: prius plagam infligit, quam ad cavendum, vel resistendum ille sese præparat. Aristoteles de Animalium ingressu. Et in problematibus, probl. 8. Galen. lib. 2. de Medicinali compositione. Senec. lib. 2. Ep. 19. Mercur. 1. 2. c. 11.

Sextum Disci, & Lapidum jectus, cujus quoque haud exiguus usus: mentio apud veteres Scriptores frequens, ut Homerum Iliad. 1. & Odys. 8. & Horatium lib. 1. Carm. Oda 8. Ubi reprehenditur adolefcens quidam propter amores, & voluptates, ac negligentiam exercitacionum corporis.

Lydia, inquit, die, per omnes te Deos oro, Sybarim cur properas amando prodere? Cur non sæpe discos, & lapides trans finem jaculo nobis expedito. Et Cicero conqueritur, quod cum omnia gymnastica philosophi tenent; tamen discum magis, quam philosophiam, audire malint. 2. de Or. Sed sanitati prodest, & bono corporis habitu, & plurimum militiæ commodat. Unde Vegetius Balcarium Insularū habitatores ita scribit exercuisse suos jactandis lapidibus, ut matres parvos filios nulli cibi contingere sinerent, nisi quem

quem ex funda lapide percussissent . Importatur enim ita le- A thale vulnus : event interdum . ut in lapidosis locis consili- has habeatur , aut ut mons sit aliquis defendendus , aut colli- bus , aut oppugnatione castrorum lapidibus sint hostes pel- lendi . *Plat. lib. 8. de Leg. Gal. 2. de tuenda sanitate . Plinius lib. 34. c. 2. Quint. lib. 2. cap. 14. Vegetius de re militari. lib. 1. Mercurialis 1. 2. c. 12.*

Septimum genus est *Natationis* , cum primis adolescenti- bus necessarium quia non , ut animalibus aliis , a natura est natandi usus datus : sed disciplina percipitur , & usu . Alexan- der quoque Magnus , cum aliquando traiciendum flumen ef- fet cum exercitu : O me , inquit , deterrimum , qui nunquam natate didicerim . Et sane sapè exercitium hoc à periculis homi- nis liberat , ad audiendum animos reddit . Nec semper pontibus flumen transiri potest : frequenter exercitus natate cogitur , sepe repentinis imbribus , vel nivibus exundare tor- rentes solent . Sed valetudini prodest Natatio : quia in hac totum corpus moveatur , & laborat : vires exinaniantur salu- briter : ardores temperantur . Nec temerè proverbio inutilis , & stupidus ille iudicatur , qui nec natate novit , nec literas di- dicit . *Plato in Gorgia . Aristot. in Probl. 12. 14. Galen. lib. 1. ad Gloriam cap. 7. methodi. Veget. lib. 1. cap. 10. Plinius lib. 3. cap. 7. Mercurialis lib. 2. titul. 14.*

Octavum exercitationum , & recreationum genus *Pictura* , quæ olim eo fuit in pretio , ut in artium liberalium gradum re- ciperetur , in ea diligenter adolentes exercentur : quia cru- ditionem præ se fert magna : commercii quid habet cum oratoria , & poetica : idcirco tacens postis loquens pictura appellatur . Magni præterea ingenii est , rerum , & anima- rum species mente sic concipere , ut pencillo exprimat . Postremo ad Climata , & statua mundi Tabulis delineanda hæc ipsa prodest . *Aristot. Politicorum 8. c. 3. Plin. lib. 7. cap. 37. Et lib. 35. cap. 10. Patricius de Regis Institutione , lib. 1. tit. 10. Et de Repub. 1. 3. tit. 14.*

Nonum est *Musica* , quo de exercitio ante actum est in loco de Civitatis partibus , Aristoteles quatuor docet olim in bene constituta Republica pueros suos nominare docuisse , literas , ætem gymnasticam , Musicam , & pingendi facultatem : 1. *Politi. 8. c. 3.* Eadem requirit etiam *Plato in lib. de Repub. 4. de Legibus* , cum ut ad Astronomiam oculos , ita ad harmonicam motum aures esse fabricatas affirmat . *Lib. 7. de Repub. 3. 4. 7. de Legibus . Et sane plurimum prodest Musica recreationi honestæ , reficit animos defatigatos : quemadmodum onera portantes cum cantant , minus molestiam sentiunt , quia modulis , & numerorū suavitate demulcentur , & ab oneribus avocantur : quo nomine olim etiam in lætu tibias adhibitæ fuisse novimus . *Aristot. Sed. 19. Probl. 1.* Deinde ad tuendam quoque valetudinem , & corporis robur exercitatio hæc prodest . Unde à Spartanis diligenter adhibita . *Plat. de Musica , & in Appoph. Læonicis . Cum primis verò commodat . literis operam danti- bus : quia spiritus attonitos vivaces reddit : excitat vires : animum deiectum erigit , studiorum tædium levat . *Aristot. Polit. 8. cap. 3. 5. 4. 7. Patricius lib. 2. de Repub. tit. 2. Et lib. 2. de Regis instit. tit. 15. Et Casus in Polit. lib. 8. c. 3.***

Postremum verò , & optimum recreationis genus *Colloquio- rum* esse videtur , & *Conversatio* cum æqualibus , deinde viris doctis , in quibusprehenditur illud Poeta . *Nunquam accedo , quin abeam à te doctior .* Colloquia enim , & conversa- tiones ejusmodi honestis imbuunt : in pravum inclinatos ad rectum revocant , ut colloquia illa paulatin in pectora de- scendant , & præcepti vim obtineant . *Senec. epist. 95.* etiam ma- gnis hominibus ad assuetam , nec eos nimium vearcum , præstant *Livius Dec. 4. lib. 1.* Præterea auctoritatem conciliant , & opinionem bonam : quandoquidem talis quisque iudicatur , quales sunt ei , quorum conversatione delectatur . Et , ut ferrum merito alio acutum redditur : ad lapidem lapis contritus ignem emittit . *Christ. in epist. ad Hebræos , humil. 19.* Cervus venenum extraxis halitu suo trahit , & pugnat . *Bas. in 1. Psalm. & qui in Solem venit licet non in hoc venerit , tamen & qui in unguen- taria taberna paulo sint diutius commorati , loci secum odo- rem ferunt : ita qui cum bonis , ac doctis versantur , ac collo- quuntur , trahunt aliquid , quod etiam negligentibus prodest . *Senec. epist. 109.* Itaque rectè à Theognide dictum : cum bonis , sede , bibes , ede : à bonis enim viris bona disces . Et à Menandro . *ποποι εὐκαταῖς ναυαῖς ἐὼς ἂν ἀσπύσει* , cum prudentibus versans etiam ipse prudens evades . Et magni viri semper delectati sunt doctorum , & sapientum conversatione , Pericles Anaxagoræ : Alcibiades Socratis , Scipio Panætii Alexander Imperator Ul- piani , & Martini Francif. I. Rex Galliarum qui in prandiis , & cœ- nis semper ad colloquium viros doctos adhibuit . *Plat. in libel-**

lo , *Cum Principibus philosophandum . Xenophon. lib. 2. Memorabilium Lamprid. in Severo. Sleidan. 1. 19.* Herodescius de educatione *Principum* , cap. 5. Ut contra fugiendi sunt ho- mines improbi . Ut enim picem qui tangit , ab ea contaminatur : ita qui cum superbo communicat , eidem simile vadit . *Syracusa. cap. 13.* Et quemadmodum lutum farinam , acetum vinum corruptis , ita mali homines bonos inficiunt , & deprav- unt . *Christ. in Matt. 16.* Itaque Charondas omni supplicio dignos eos iudicavit , qui cum malis affueverant . *Diod. Sic. lib. 12.* Apud Cretenses acerbissima impetrata illa fuit , omnibus votis experere , ut hi , quos deo voverent , mala consuetudine delectarentur : quod hæc impetratio nullam ad excidium efficaciter purent : sic statuerunt , cum , qui in prava lapsus semel sodalitia fuisset , amplius emendare se , & ad frugales reverti mores non posse . *Alexander ab Alexand. lib. 3. c. 22. Valer. Max. 1. 7. cap. 2.* Testatur hoc exemplum M. Antonii Triumvirii , quem Curionis Familiaritas corrupit , hic enim quo magis obnoxio sibi Antonium haberet , cum in rotationes , scortationes , sumptus graves , & luxuriosos co- necit : adeo , ut præter etatis rationem sexages seclerum geris alieni conlarit . *Plat. in vita ejus . Nec minus cavendum , ne in adulatorum incidant : eosdem pro amicis vires , ac sinceræ habent . Perdiderunt hi Alexandrum Magnum . *Sabell. lib. 6. Ennead. 4.* perdiderunt Agrippam Judoarum regem *Joseph lib. 19. cap. 7.* perdiderunt Julium Cæsarem . *Suet. perdidit Ant. Antonium Caracallam & plures alios , *Xiphilinus .* Quemadmodum enim parvas odoris gratia allechas feras invadit , atque occidit : ita & adulatorum blandiloquia irretitos fallunt , ac perdunt . *Plinius lib. 8. cap. 17.* Neque ulla in amicis pestis est major , quam adulatio , blanditiæ & assentatio . *Cicero in Dialogo de Amicitia .***

Quo verò pacto ab amico vero adulator fit dignoscendus , quia illud non nisi calamitate aliqua accepta , vident adoles- centes maxime) docet Plutarchus aliquot notis , quarum 1. est : quod ut terecines lignis innascuntur potissimum tene- ris , & dulcibus : ita ferè generosa , frugi , placida ingenia adu- latorem recipiunt , & alunt adhuc recentem . 2. Ut aurum quæ mentiuntur , & adulteria sunt : fulgorem tantum , & ni- torem auri imitantur : ita adulatorum suavitatem , ac venusta- tem amici exprimunt : semper hilares se præbent , nunquam resistunt . 3. Nec videntur , nec profiterentur se adulari : non deprehendantur circa culinam oberrare , aut umbram me- triri , ut cæcæ tempus explorant : aut ebrios quovis modo sese subternere : sed plerumque virtu foritii : tum curiosè agunt : actionum volunt esse socii : arcanorum participes om- nes Tragicæ sunt , non Satyricæ , aut Comici Histrionæ : ami- corum personas gerentes . 4. Adulatoribus ministeris ultro se- se offerunt , conanturque summo studio officioi videri . 5. Molles , & faciles ad præfalandas similitudine eos , quos adoriantur , tum in ingenium tum in viribus : sed varii inter- rim , inconstantés , mutabiles sunt . *Plutarch. de discrimi- mine adulatoris , & amici .*

* TEMPUS RECREATIONIS.

Ad tempus , quod attinet : est ludo utendum , sicut somno , & quietibus cæteris , cum gravibus , & fetis rebus est satisfac- tum . *Cic. 1. offic. Deinde in æstate potius quam hyeme Ari- stoteles cenet institutas corporis exercitationes esse , quod cum calor naturalis languidus : & ideoque excitandus est . *Sed. 2. Prob. 21.* Hippocrates magis frigus probat hoc argu- mento : quod in ætate , & autumno calor alias languidus ma- gis exercitatioibus illis minuitur . *Lib. 3. de Dieta Galenus* contra habendam rationem esse cenet constitutionis corpo- rum : ut temperata in vere , frigida in calido , calida in frigiditate exerceantur . *Lib. 2. de tuenda sanitate c. 7. Mercur. lib. 4. c. 11.* Ante verò cibum , non post , plerique omnes exercitatio- nes esse institutas statuunt : quia tum corpora sunt leviora , & ab excrementis magis libera . Deinde calor naturis ita exer- citatur , & preparatur ad concoctionem , quæ impeditur , post cibum exercitatioibus succipit . Unde peccant hodie , illi , qui illico à cibo sumpto , vel pilæ ludo , vel aliis gra- vioribus exercitiis utuntur . Quemadmodum & non proban- da illa esse videtur ratio , quod ad vociferationem , & Musi- cam gravem , ac magnam post cibum se homines conse- runt . Vocis enim exercitatioem jejunio volunt esse ore suscipiendam docti : quod alias illa exasperatur , aspera arte- ria exulceratur : vox denique corrumpitur . *Hippocrat. lib. 3. de Dieta . Plat. in libello de sanitate . Aristot. Sed. 11. Probl. 22. Mercurialis 4. c. 11.**

Ut

Ut veto temporis est ratio diligens ejusmodi in rebus ha- A benda : ita de modo quoque cogitandum . Quemadmodum enim in jocis , ac facilius ita quoque exercitationibus , & re- creationibus peradmodum difficile est , modum , ac decorum servare . Scurriliter saltavit Philippus Macedonum Rex . Can- tavit inepte Caligula . Nero ridiculè delectatus curris agita- tione . Caligula Imperator sagittandi avidus peritia est . *Sab. lib. 4. Ennead. 7. Suetonius in Nerone . & Caligula .* Et notum est illud Poeta de Lauro pilæ lustore , qui — primus erat ludo , dum foruit ætas : Nunc postquam desit ludere , prima pile est ! Hoc est nullius existimationis homo . *Martialis lib. 1. Epig. Itaque Intemperantia erit cavendaratio habenda verècundia non nimis omnia profundenda , ad committendum , ut volu- ptate elati in aliquam turpitudinem delabamur . *Cic. 1. Offic. Modus servandus in remissionibus , ne aut odium studio- rum adferat denegata , aut ocium consequendum nimis : mo- neatur puer , ne quid cupidè , ne quid improbè , ne quid impo- tenter faciat . Pranguntur citius , quàm corriguntur , quæ in pa- rum induerunt . *Quintil. lib. 1. cap. 4.* Finis vero , & terminus æstimandus sudore , lassitudine citrà fatigationem , anhelitu- B mutato , motu inæquali , & inconcinno . *Celsus lib. 3. Mercurialis lib. 4. cap. 12.* Atque hinc Spartanorum exercitationes reprehendit Aristoteles : quod nimis essent grandes , & vehem- tentes , altatis his rationibus . Quod ejusmodi exercitiis corpora languescant , & deformetur , frangantur deinde vi- res , tum augmentatio impediatur , postremo morum sequa- tur immanitas , & barbaries . *Polit. 7. cap. 4.***

* LOCUS RECREATIONIS.

Ad locum postremo , quod attinet , volunt probari autores hunc esse apertum , & tranquillum , ad Septentrionem , & Orientem positum , liberum à labe regionis vicinæ , cujusmodi sunt paludes , stagna , lacus , & alia , que valetudini nocent , quod liberum aërem non habent , corpora minus agilia red- dunt . Unde etiam deambulationes extra civitatem magis , quàm in hæc , probari solent . *Vitruvius lib. 1. Arch. cap. 4. Gal. de tuenda sanitate , lib. 1. cap. 7. Mercur. lib. 2. cap. 10.* *Item Consulæ Locum de certamine , & Ludo Item de Ludicris , & Jaco .*

* Rector .

DEFINITIO , ET ETYMOLOGIA .

Rectoris appellatio à rege desumpta latissime patet , si- A vim vocis Grammaticæ spectemus : si tam usum adspi- cimus , accipitur pro illis , quibus Provinciarum , Urbium , Collegiorum , immò & familiarum particularium cura , & gubernacula demandantur . Strictius tamen apud veteres re- perio hoc nomen usurpari , pro administris Provinciarum , erantque summa dignitatis viri . Satrapas vocat *Philostratus in Sophisti* , prioris significatione utitur *Ecclesiast. cap. 32.* Rector- em te poluerunt , noli extolli . Quamvis per Rectorem com- munitur hic accipiant magistrum civivivii , qui Grecis *αρχιποι- τως* , de quo multa . *Celsus lib. 27. cap. 25.*

OFFICIUM .

Rectores Provinciarum vefligalia curabant , & *δικαστες* , ac tributorum exactores habuere , inter quos unus veluti ma- gister , & princeps , ad quem cæteri collectas suas conferrent , qui magnus *Diceceta* dicebatur . *Lee Novell. 61.* Magnus Dice- ceta fuit Constantinopoli , cuius munus ætate Codini exole- verat , *quibus dicecetas ad qui un comparati unigeni ait Codinus . & Cangacenus scribit 13.* Galbam magnum Dicecetam fuisse . *Sed Redditus pro regressione ad priorem Locum , ha- betur in loco de EXILIO .*

* Redditus pro Censu .

DEFINITIO , ET ETYMOLOGIA .

R edditus Grecis *αγοραῖος* , est jus exigendi pensionem an- nuam ex re , vel persona alterius utili , vel fructifera . Hoc est , quæ nata est , si quum proferre , salva substantia . Quales nô sunt ea , que nulla ratione esse possunt utiles , neque in re , neq; in spe . Dicitur ex eo , quod annuatim redat . Et computatur in- ter res immobiles . Ut constat *Clement. Exposit. 8. cumque L. B. Theat. vit. Haman . Tom. VI.*

annu. redditus de verb. signif. Vide Covarr. lib. 3. var. Resol. cap. 7. num. 1. E

SPECIES , ET DIFFERENTIÆ .

Redditum aliis sunt Reales , qui ad certam Hypothecam ; A etiamque vel mobilem , ut puta officium , vechgal , tributum . vel immobilem , ut est domus , aut fundus , aut quid hujusmodi . as- signantur : alii vero Personales , qui personam respondent , nec plus valent , quàm simplex obligatio in rigore , ut quæ ab usura labe excusentur , certæ conditiones exiguntur in illorum con- stitutione . Alii sunt mixti , cum unum principaliter , alterum accessorie obligatur , puta persona : cum te , aut è converso . Iterum redditus alii sunt irremissibiles , alii verò redimuntur eadem pecuniâ summa qua primitum constituiti , aut qual- tem primus constituens expressit . Denique variantur ratione materiae , quia alii solvuntur in ære , alii in granis , vino , cera , melle , &c. vocantur hi fructuarii , isti pecuniarii .

Rursus redditus alius est certus , quando pensionis quanti- tas est determinata , puta sex modii , aut floreni . Aliis incertus , quando est indeterminata . Nempè tertia , aut quinta pars fru- ctuum , qualem constituit *Joseph Ægyptius . Genes. cap. 43.* F Denique alii sunt perpetui , qui nunquam per se expiantur . Alii temporales , qui certo annorum spatio , ut vita unius , vel plurium durante , aut ita tempore circumscribitur , ut per se expiret . Quando autem tempus , ad quod est definitus , minus est decennio , dicitur ad modicum tempus .

Insuper alii Reales , reservativi dicuntur , quando redditum acquirens rem alienat . Alii Consignativi , quando conservans rem , redditum alienat . Ita ferè *Joan. Malderus in suo Tract. de Jus. & Relig. Tract. 5. c. 5. Dub. 2.* qui addit , quod Consignati- vus , quando non constat aliud esse pactum , præsumitur redimibilis . Reservativus irremissibilis : alioqui secundum natu- ram genericam , quatenus census merx quidam est , quæ tran- sit in dominium alterius , nullus census est redimibilis . Item omnis census est redimibilis volente emptore , quia rei fuis quisque legem ponit .

RESTITUTIO REDDITUM FACTA

Per Emptionem , vel Venditionem . G

Henricus à Candavo , quodlibet & negat redditum consi- gnativum emptione , & venditione licite constituiti . Con- sentiunt *Innocentius* , & *Joannes Andreas* , quos refert *Sylveff.* verbo *Cisiva* 2. quest. 12.

Sed communis , & certa doctrina est , licere . Sanè Pontifices *Martinus 7. & Callistus III.* in suis Extravaganantiis quæ extant inter communes . De emptione , & venditione , nullum faciunt discrimen novi , & veteris redditus , quando eos sub certis conditionibus approbant . Deinde etiam latenter prioribus illis licere emere veteres , & donatione constitutæ novos ; cur non etiam licet novos constitutæ venditione , & em- ptione ? Qui enim emit redditum veterem , non potest melius jus habere , quàm is , à quo causam habet . Si ergo hic non red- de emit , nec iste , ut bene *Gabriel in 4. dist. 15. q. 12. art. 2. concl. 2.* item hi mea vendibilis fit , sicuti am licet donare , ita etiam vendere , ut per se patet ; alioqui mirum erit , quòd jus in te translatum per donationem , in te melius sit , quàm erat in do- natore , ut tu vendere possis , quod ipse vendere non potuisset . H ita crudité *Malderus supra .*

Pro quo tamen observandum monet , redditum non esse ipsas pensiones , aut obventiones , sed jus eas recipiendi , adeo- que qui emit redditum , non mutatur : neque emere anticipato pretio , sed parata pecuniâ emere jus , quod statim ei traditur , cujus fructus sunt pensiones , quæ postea succedunt . Et prius non debentur , antequam cedant emere , inquam , justo pretio , ut nulla hic iniquitas appareat .

Et quamvis eveniat , ut longo temporis decursu pensiones excedant pretium , quod primitum pro Redditu numeratum fuit ; certum est tamen juxta *Molinam* , & communiter alios , jus per intervalla eas accipiendo non plus valere . Si enim jus exigendi illas pensiones adaquet in pretio ipsas pensiones , nul- lo poterit pretio æstimari jus perpetuo eas exigendi : immò & agri pretium erit infinitum , quia jus perpetuo ejus fructus per- cipiendo in venditione ipsius transferatur . Ita rursus idem *Mal- derus Dub. 111.*

*** CONDIIONES REQUISITÆ CIRCA
REDDITUM CONSTITUTIONEM.**

EX JURE NATURÆ.

Ut emptio, & venditio redditus iusta fit, ex Jure naturæ Primò requiritur, ut venditor verè designari possit rem existantem, super qua realem, & perpetuum redditum assignet. Reales enim redditus ab eo constitui non possunt, qui rem non habet: rei enim non existenti factum, aut saltem spe, & potentia, fructus aut jus ad illos vendi non possunt; emptio enim & venditio sine re, quæ veniat, intelligi non potest, ff. de contrahenda emptioe. *L. Nec emptio.* Neque tamen opus est speciali expressione, sed sufficit, si venditor bona omnia sua immobili reddidit subiciat.

Secundo requiritur, ut res, super qua redditus constituitur, verè suppetat tantumdem apta fit, quantum redditus requirit, in eoque non impediatur prioribus aliis oneribus: aliàs iterum vendetur quod non est, vel sanè quod alteri prius obnoxium est.

B Quod limitandum Primò, ad redditum merè realem: si enim mixtus sit, non est necessum, ut totum suppetat debeat subiectus ei fundus, quod redditus requirit: quomodo verba erit hac de re sententiâ Soti, absolute negantis opus esse, ut fructus rei adæquantur centum *lib. 6. quest. 5. art. 1.* quamvis ipse ex falso id asserat fundamentum, existimans nullum esse redditum merè realem.

Limitandum rursus, Ut locum non habeat, quando res saltem mediâtè tantumdem præstare apta est. Quod notandum contra Medinam, qui existimare videtur, etiam domus empty fit bis mille, verbi gratia, florenis, non posse super ea constitui redditum centum florenorum, nummo decimosexto, si annuè non suppetat ex locatione nisi quinquaginta, aut sexaginta; sufficit enim quod verè valeat bis mille florenis, & fit res immobilis, possit enim ex ejus pretio constitui centum vigintiquatuor florenorum, & super illo majori, alius centum florenorum, virtute itaque sufficit ad centum centum.

Hinc infert Navarrus, non opus esse ut res acta sit fructifera, puta quia cum elocari possit, non elocatur, aut inculta negligitur. *in cap. Si foveraveris 14. quest. 3. num. 113. & 117.*

Tertio requiritur, ut merè realis redditus pereat pereunte re censuali: jus enim recipiendi partem fructuum extinguitur, quandomcumque jus usufructuarii omnino cum re ipsa extinguitur.

Requiritur denique ex communi Lege Venditionis, ut census ematur justo pretio, quod erit, si lege sit definitum: aut tale, quale communiter in repub. constituitur & exolvitur, De quo multa in particulari. *Mal. Dub. 26. suprà.*

**CONDITIOES NECESSARIÆ
EX JURE POSITIVO.**

Approbarunt reddituum constitutionem summi Pontifices Martinus V. & Callistus III. sed sub octo ferè conditionibus.

Prima est, ut census super certis bonis immobilibus constituitur.

Secunda. Ut sola illa realis hypothecha maneat obligata reddituario, non autem ipse dominus hypotheche.

Tertia. Ut certus & competens pretio redditus constituitur.

Quarta. Ut pretium tempore contractus integrè solvatur.

D in pecunia numerata.

Quinta. Ut semper liberum sit venditori redditum redimere, vel totum, vel pro parte.

Sexta. Ut nullo casu venditor maneat obligatus ad redditum redimendum.

Septima. Ut re censui obligata pereunte, pereat etiam redditus.

Octava. Ut res eadem non minus annuè pariat, quam exigat redditus.

Pius V. in *Decretali sua de censibus*, quæ incipit, *Chm onus Apostolicæ servitutis*, conditiones illas octo, sub quibus Martinus, & Callistus probaverunt census, videtur requirere tanquam necessarias: requirit autem discretè sequentes.

Primò, Ne constituitur redditus nisi in re immobili, aut qua pro immobili habetur de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit, adeo ut non sufficiat generatim designari omnia bona venditoris.

Secundò, Ne redditus ematur, nisi pecunia verè numerata, præsentibus testibus, & Notario, & in ipso actu celebrationis instrumenti, adeoque tempore contractus censuialis.

Tertio, Ne emptor redditus ullo modo accipiat, aut in pactum deducatur anticipatium pensionum, antequam reverè tempus earum advenerit, verbi gratia, ne de pretio, quod numerat, tollat anticipando primum canonem.

Quarto, Ne apponantur conventiones directæ, aut indirectæ obligantes eum ad casus fortuitos, qui aliàs ex natura contractus non teneretur: ejusmodi enim conventiones non solum prohibet Pontifex, sed etiam invalidat.

Quintò, Ne restringatur ullo modo facultas alienandi rem censualem: vult enim Pontifex rem ipsam semper, ac liberè, ac sine solutione laudemii seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatibus, vel rei tam inter vivos, quam in ultima voluntate alienari.

Sextò, Ubi res vendenda fit, vult Pontifex dominum census aliis omnibus præferri, eique denuntiare conditiones, quibus vendenda fit, & per mentem expectari.

Septimò, Ut ex toto irrita sint pacta quæ habeant, morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium, aut certas expensas, aut certa salaria, aut talem salariorum, & expensas, qualia medio creditorum juramento liquidanda occurrunt, aut quod rem ipsam censualem amittere, aut aliquam ejus partem, aut aliud jus eodem contractu, vel aliunde quæsumtum, aut in aliquam pecuniam eadem.

Octavò, Ne canonibus præteritis, vel futuris census augetur, aut novus creetur super eadem vel alia re in favorem ejusdem, aut persona per eum suppositæ.

Nonò, Irrita Pontifex pactum, quod onera aliqua imponuntur alicui ex Lege aut consuetudine aliis non incumbunt, ut si quid Reipublicæ ex censu pendendum sit.

Decimò, Ut census in posterum creandus re perempta, aut sterili effecta, in perpetuum, vel tota, vel secundiū partem ad ratam pereat, & eodem pretio, quod emptus est, semper possit extingui, non obstante ulla præscriptione, aut pacto contrario.

Undecimò, Ut bimestri ante redditus redemptionem, reddituario fiat insinuatio, & post ejusmodi denuntiationem, infra annum tamen, pretium etiam ab invitato repeti possit.

Duodecimò, Ut emptor ab invito venditor pretium non repetat.

Decimotertio, Ut venditor reddimere possit quandomcumque voluerit, servata denuntiatione, per bimestre, ut dictum est, præmittenda.

Postremò, Ut pretium semel censui constitutum, numquam ob temporum, aut contrahentium qualitatem, aut aliud accidens, minuatur, vel augetur, ne quidem quoad ultimo contrahentes.

**QUANTUM CONDIIONES HÆ
MARTINI V. CALLISTI III.
ET PII V. OBLIGANT?**

Dicendum videtur, Pontifices duos priores non damnaße expressè quidem census aliter constitutos, sed implicite quodammodo improbasse. Cum enim census natura sua odiosi sint, tanquam usurarius succedant, ut ex communi docet Rodericus *lib. 1. De censibus, quest. 6. num. 47.* ad eorum justitiam ponderare videntur Pontifices has conditiones, tanquam vel ex natura rei, vel posita jam Lege necessarias, eò quod nemo usurpare debeat hos contractus aliter quam Lege sancitum sit, cum natura sua librici sint, & facile exoribent.

Unde patet, quomodo accipiendum sit, quod posteriores H Pontifices laxiores postmodum conditiones censuum indulserint, ut post Martinum V. fecisse videtur Nicolaus V. in Bulla quadam, quæ incipit, *Sollicitudo pastoralis*, in qua constat ipsum declarasse, non esse necessarium, ut res certa designetur, quæ censui supponatur; approbat enim emptioem census (eo tamen pretio, ut census decimam partem fortis non excedat) in qua nulla certa bona exprimuntur, sed obligantur venditoris res in communi: qua forma utebantur Siculi, pro quibus Pontifex consulabat. Similia statuit Paulus III. in Bulla, quæ incipit *Dilectus*: item Gregorius XIII. in dem Sicut concessit contractum censualem sub tribus his capitulis: Primò, Ut constituitur super re certa, una, vel pluribus, possitque etiam ad universitas bonorum vendentis. Secundo, Ut venditor redimere possit, quandomcumque voluerit. Tertio, Ne pensio annua excedat decimam partem fortis.

Illud

Illud interim certum est, Pium V. non solum Martini, & Callisti conditiones, sed etiam alias plures jam memoratas, & tanquam necessarias requirere. Verum de hac Pii Constitutione similitè ferè sentiendum est, ac de similibus super Cambiis editis multis enim locis recepta non est. Ubi autem non est recepta, ut constat hic in Belgio non esse, & in Hispaniis, teste Roderico *suprà quest. 4. n. 28.* non obligant, nisi quatenus declarat, aut innovat, quæ aliunde obligant, quæ in primis sunt quæ obligant ex jure naturæ, quæ discerni poterunt ex illis, quæ sparim hic tradimus. Ubi autem recepta est, non vult Navarrus in cap. Si foveraveris n. 106. præsumptione per eam inducitur quæpiam in conscientia judicandum esse utrumque, si contrarium eorum Deo constat.

Illud credibile, noluisse Pontificem hanc suam Decretalem obligare, ubi promulgata non fuerit, propter admodum notabilem, & præjudicalem, quam continet, mutationem circa contractum merè civilem, quamvis Leges Pontificum, etiam non continent Legem naturæ, aut divinam, debeant servari circa ea, in quibus vertitur periculum anime in utroque foro apud omnes Christianos, ut docet Navarrus *suprà.*

Secundò, Ubi promulgata non fuerit, propter admodum notabilem, & præjudicalem, quam continet, mutationem circa contractum merè civilem, quamvis Leges Pontificum, etiam non continent Legem naturæ, aut divinam, debeant servari circa ea, in quibus vertitur periculum anime in utroque foro apud omnes Christianos, ut docet Navarrus *suprà.*

Secundò, Ubi promulgata non fuerit, propter admodum notabilem, & præjudicalem, quam continet, mutationem circa contractum merè civilem, quamvis Leges Pontificum, etiam non continent Legem naturæ, aut divinam, debeant servari circa ea, in quibus vertitur periculum anime in utroque foro apud omnes Christianos, ut docet Navarrus *suprà.*

Secundò, Ubi promulgata non fuerit, propter admodum notabilem, & præjudicalem, quam continet, mutationem circa contractum merè civilem, quamvis Leges Pontificum, etiam non continent Legem naturæ, aut divinam, debeant servari circa ea, in quibus vertitur periculum anime in utroque foro apud omnes Christianos, ut docet Navarrus *suprà.*

*** SUBIECTUM REDDITUM. Hoc est,
RES VARIE, SUPER QUIBUS LICITE
CONSTITUUNTUR.**

Primò. Etiam super alio redditu potest redditus constitui, servatis aliquo conditionibus. Est communis Navarrus *suprà, num. 87. Molina disp. 389. Valentia De censibus. punct. 2. Malderi suprà Dub. 7. Favet Bulla Pii V. in qua propter redditum super redditu constituendum videtur dici, quod possit redditus constitui etiam super re, quæ pro immobili habeatur. Confirmitur ex usu: sapissime enim redditus minores privatorum constituuntur super majoribus redditibus communitatum.*

Una autem conditio hinc requisita est, ne redditus, super quo alius constituitur, fit minor; debet enim esse vel major, vel saltem æqualis, nam & super æquali posse constitui, tenent Navarrus & Molina *suprà.*

Altera est, Ne redditus obnoxius alteri fit redimibilis. Ita Medina *quest. 11. de usuris. s. Sequitur amplius & Molina suprà.* Alias enim contingeret, prioris redditu redempto, alterum evanescere, vel sanè fieri merè personale, quod prohibet Pius V. Cessante tamen Lege positiva contraria, &posito, quod liceat constitui redditum merè personale, aut mixtum, non apparet, quomodo non possit super redditu redimibili reddi alius constitui. Immo si ab initio obliget se venditor, quod in casum redemptionis subibit, etiam rem fructiferam immobilem, ex qua continetur redditus, ne quidem Constitutioni Pii V. videtur contravenire, inquit Malderus.

Secundò. Super re, quæ neque sit, neque censetur immobilitas, non potest redditus realis constitui perpetuus, potest tamen temporalis. Ita Medina ubi suprà. Quia res mobilis non est perpetua: nam quod de gemmis quidam licè moveat, moralem vix habet considerationem, cum & illæ si non perire, saltem amitti facile possint.

Deinde ut bene Valentia *suprà*, si in loco jure naturæ sita sit, potest redditus vendi ex quacumque re, ex qua venditor jus habet percipiendi utilitatem, cujus pensionem velit vendere. Unde ulterius colligitur, etiam super pecunia mercatura designata, posse utrumque redditum aliquem saltem temporalem constitui: secus dicendum de pecunia in se considerata, prout quolibet usus consumitur: Ita ferè Conrad. *g. 72. suppositione 5.*

Tertio. Secundum jus naturæ non peccat, qui redditum vendit ex omnibus suis bonis, nulla re nominata, aut certis finibus designata. Ita ex communi sententia tenet Gabriel *suprà quest. 12. art. 2. conclus. 1.* Potest autem id fieri duobus modis: Uno, ut res singula obligentur in solidum, quo modo casibus emendus esset census, ut aliter hoc gravamen deberet venditori compensari: Altero, ut cum bonis dividatur census sine obligatione illa in solidum; & hoc modo fulvandus esset emptor, qui divisa hæreditate venditoris cogerebatur dividere redditum.

Quartò. Super re profus inutili redditus constitui non potest.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

test. Patet ex definitione redditus. Sufficit tamen, ut possit esse utilis, ut si v. g. turris sit, quæ quidem non cloceat, elocari E tamen possit.

Quintò. Quando res censui subiecta, pro parte fit sterilis in perpetuum, puta quia a mari occupatur, & reliqua pars non sufficit pensioni census, perit census, quæ reliqua parte pendit non potest: immò pro rata parte perit, etiam si altera possit, ubi alter non est pactum, etiam si Bulla Pii V. non obliget, ex natura enim contractus ita dicendum esse rectè ostendit *Molina disp. 391. claus. 8.* Secus dicendum, quando nulla pars rei omnino sit sterilis, sed ubertas per totam fit remissio etiam in perpetuum, si enim proventus ita immuniti fuerant, penditur nihilominus totus census.

Sextò. Quando tota res censui subiecta perit, aut inutilis fit, etiam census extinguitur, si merè realis fuerit, & res illa sola subiecta fuerit, & in perpetuum pereat. Nam ex illis, quæ ad tempus sterilia sunt, remissio pro rata erit accipienda. Si autem erit personalis, etiam hic fundus, qui perit, erit hypotheca, non perit census, nec minuitur, sed solum perit ejus securatio. Excipiendus etiam hic erit casus, quo venditor census dixerit, rem censualem non esse caducam, cum licet esse, teneretur enim de hoc vitio occulto, & occultato, sicut in aliis mercibus.

Habet ea assertio etiam locum, quando in contractu non fuerit hoc expressum, quod census re pereunte periret, ut contra Covarruviam docet Molina *disp. 383.*

Septimò. Nemo potest validè rem alienam redditum, quem vendit, subicere, emptori tamen re evicta non tenetur fortem restituere, sed ager emptor adversus eum, ut idoneas hypothecas censui subiciat. Ita Rodericus *lib. 2. g. 7. num. 7.*

Octavò. Quando centui reali due res subiectæ sunt, verius videtur, nisi aliter cautum sit, utramque in solidum obligari, non quidem planè ex natura rei, sed quia tacite inest ejusmodi pactum emptioem census, nullo refragante jure, eò quod alter census vix emeretur super pluribus finibus: præterit enim unum habere obligatum, qui sufficiat, quàm subire illud periculum in plures minutas partes dividendi redditum, per hæreses, aut successores venditoris redditus. Ita Molina *dicta disp. 391. claus. 8.* Idem est dicendum, quando redditus indefinitè constitutus est super omnibus bonis constitutis.

Unde licet una res censualis vel in parte, vel tota, vel in G perpetuum, vel ad tempus pereat aut sterilis fiat, nihil debet minuiere reddituarii de sua pensione, modò altera res in solidum obligata, ei solvenda sufficientem proventus habuerit.

Nonò. Longè alia est ratio immobilis hypotheche redditus personalis, & fundi censuialis, quia hypothecha personalis censui accedit per contractum securitatis, ideoque si plures fundi in hypothecham assignantur, semper licet in illas hypothechas creditori ex natura contractus agere in solidum: & in hoc spectata præcisè natura contractus, potior est habens personalem, quàm realem redditum, sicut & in eo, quod pereunt obligata non pereat redditus, in alio tamen realis reddituarii est potior, quod non teneatur sequi personam debitotis, sed in rem à quocumque possessam principaliter, & primariò agere possit: possessor autem redditus personalis cum hypothecha non potest agere in rem ab alio jam fortè possessam, nisi in subsidium, quando & debitor, & omnia ejus bona non sufficiunt.

Decimò. Potest redditus constitui etiam super bonis Ecclesiasticis, sed majori id fieri debet solemnitate, quia vendere H redditum, præterit perpetuum, & irredimibilem, est quodammodo alienare.

Postremò. Super Ecclesia ipsa, fundo, aut area ejus non potest redditus constitui: est enim Ecclesia immunitas ab omni pensione, & onere, etiam ex priori pacto proveniente. Suarez *contra errores Anglicanos lib. 4. cap. 20. num. 20.* Præmissa omnia habet Malderus in *lib. de Jusit. & Relig. Trad. 5. cap. 7. Dub. 7.* Reliqua hujus Argumenti videantur apud eundem, & alios ab illo citatos.

REDDITUS, ET PROVENTUS IN GENERE

CELEBRIORUM UNIVERSITATIS PRINCIPUM, & tam Ecclesiasticis, quàm Sæcularis Ordinis.

Ubi nomen (REDDITUS) generalius accipitur pro Proventus undequaque tandem obveniente.

Ex collectione Joan. Jacobi Grasseri Jurisconsulti, & aliorum.

REDDITUS, AC PROVENTUS ANNUI PRINCIPUM, ET PROVINCIARUM EUROPE.

LII 3 ET

A ET QUIDEM PRIMUM IN EA

* SUMMI PONTIFICIS ROMANI.

Veteris Synagoga Pontificem amplissimos redditus, & proventus ex Dei decreto, ad status sui maiestatem perceperunt, & Scripturæ testimonio atulimus in loco de Pontifice. De Ecclesiæ Christianæ Pontifice Maximo, S. Petri Succesore, Christi in terris Vicario hic agemus, quantum videlicet subsidii Christianorum Principum minificencia, & pietate, ad onera gregis sibi crediti, & augustissima dignitatis decora, temporis decursu, ac variis ex capitibus consecutus fuerit, hodieque percipiat, frendentibus nequidquam Ecclesiasticorum bonorum directoribus hæreticis, quod in illa impietas manus iniicere prohibeantur: & Ecclesiæ patrimonio, censumque laudissimum calumniantibus, quod illius etiam subsidio, ut tempora, & mors perditum sunt, Ecclesiæ, eiusque Pastorem, & supremum Magistratum, suæ seruituti subicere nequeant. Multa de hoc argumento diximus in loco de Ecclesiâ, & Ecclesiasticis.

Ceterum non hic inertes redditus, & obventiones Pontificis dabimus, qui in frumento, vino, oleo, aliisque frugibus pro annuorum temperie ex agris ad Ecclesiæ pertinentibus: uti neque qui ex sale, quod in Romania conficitur, Moris ad usum ferici, & alius mercibus, provenire confueverunt. Nec extraordinaria plura Christianorum Principum donaria: Beneficiorum vacantium Annatas: & salaria sigillorum, & expeditionum taxas: ut nec obventionia ratione Gubernationum, & officiorum in locis S. Sedi subiectis: ut quæ omnia plerumque ad Apostolicæ Cameræ Ærarium non deveniunt, sed domesticis pletique Palatii, & officiaris nonnullis, ut fipendii, aut mercedis vice cedunt. Certe Sixtus V. quinque duntaxat annis quibus gessit Pontificatum, præter imensos sumptus in Ornatum. Urbis, repositus in mole Adriani pro bello Turcico quinque auri miliones. Igitur Italia, teste Vignario, ex Dominationibus tantummodo Politicis Romano Pontifici quotannis exhibet Millionem auri, qui efficit decies centena millia ducatorum. Hos autem redditus amplissimos Domina Ecclesiastica plurimis modis superant, quæ possident in Italia, Hispania, Gallia, Germania, & aliis. Lævodunus C. ponit quindices centena millia coronatorum, Hiericus autem 90000. coronatorum.

* ITALIÆ PROVINCIARUM REDDITUS.

Regnum Neapolitanum Catholico Regi annuè pendit, duodecies centena millia ducatorum, juxta Vignar. At Hiericus extendit ad 1646000. Coronatorum. Sicilia eidem Regi teste Vign. deferret annua quinque centena millia coronatorum. Mediolanensis Ducatus teste Vign. duodecies centena millia Duci annuè pendit.

Ætruriz Ducatus eodem Vign. teste, Mediceo solvit quindecies centena millia. Teste vero Hierico, 111000. coron. Mantuanus Ducatus, & Montis Ferrati Marchionatus, pendit ter centena millia secundum Vignarium, vel secundum Hiericum, 849000. Parmensis Ducatus ex Vignar. octoginta millia.

D Urbinate Ducatus ex Vignar. quinquaginta millia, ex Hierico centum millia. Lucensis Respublica triginta millia. Genuens Respublica centum millia. Ferrarientis Ducatus, 327000. Pedemontanus Principatus, & Sabaudiz Ducatus superant millionem auri.

* VENETORUM PROVENTUS, SIVE REDDITUS.

Venetorum Respubl. Ex universo Dominio accipit quindecies centena millia, Vignar. & sic Italia secundum Vignar. redderet novem auri miliones. Sed Hiericus singula exactius considerans, ex particularibus collegit, quatuor miliones, centum sexaginta quinque millia Ducatorum, ut Ærarii Quæitores subductis rationibus invenerunt Anno Christi 1583. Ex solo sale enim collecta sunt septingenta duo millia Ducator. & sedecim. Tributa omnium artium Mechanicarum esseerunt centum quinquaginta sex millia, sexcenta, nonaginta octo.

Ex piscatione 5752. Ducati. Ex lignis ædificiorum 5754. Ducati. Ex pistrinis, & molis 1997. Ex naulis maris, & fluminum 6591. Ex venditione vinorum 2361. Ex officinis monetariis 33081. Et hæc ex sola urbe Veneta.

Subsidia vero ex Patavio, Tervisio, Verona, Cologna, Bergamo, Bassano, Civitale, Feltræ, Rovigo, Crema, Bressa, Vicentina, earumque statu, æquarunt centum sexaginta millia Ducatorum, septingentos, & nonaginta.

Eadem urbes solum annuatim ad sexaginta Centurionum, Equitum & peditum, 80000. coron.

Ex Ducatu, qui antiquitus continebat oppida Lacunorum sinus Adriatici, qui circum urbem sunt, & dicuntur vulgò portæ urbis, ut sunt Muranum, Mamolocum, Torcellum, Buranum, Mazorbium, Chozza, & loca littoralia, quæ separant Adriam à Lacunis.

Ex Murano 862. Ex Torcello, Mazorbio, Burano, aliisque locis pertinentibus ad ditionem Torcelli 1187. Ex Malomoco 940. Ex Chiocizza 3538.

Quod autem ad alias urbes, & oppida status Veneticæ, & ex iis sequentiæ colliguntur tributa.

Ex Adria 1010.	Caneva 718.
Lorco 140.	Conigliano 6421.
Gambarra 400.	Saravalle 1136.
Cavargere 1095.	Cadore 2551.
Patavium 48504.	Rovigo 8547.
Prevedi Sacco 920.	Lendonara 1446.
Novale 950.	Abbatia 7525.
Campo S. Piero 914.	Urina 5726.
Montagnana 2346.	Civitale 2838.
Este 934.	Porto Gruaro 1476.
Zolo 1782.	Lignago 5630.
Caster Franco 1700.	Pešciera 1190.
Castel Citadella 1522.	Sorve 1212.
Mestree 2914.	Brescia 89958.
Vincenzia 47337.	Solo, & Riviera 12427.
Castella Vincenzia 1064.	Romanò 1168.
Longino 1628.	Martinengo 1466.
Lona 1471.	Lona 1471.
Castellaverdenese 1105.	Azolo 2136.
Cologna 6240.	Orzi 1336.
Castelbaldo 248.	Berganum 34697.
Moni Celsi 932.	Crema 77610.
Bassano 4976.	Monfalcone 1122.
Trevigi 25269.	Chiusa 750.
Castel Trivisana 982.	Pordenone 4577.
Valorso 1262.	Feltre 4620.
Porto Buffale 793.	Civital di Belluno 5398.
Savile 1490.	

Ex Istria colliguntur redditus.

Capo d'Istria 2612.	Montona 2820.
Pivan 1021.	Gistignana 1584.
Rovigno 633.	S. Lorenzo 1456.
Parento 1116.	Pinguente 2956.
Cita Nuova 881.	Humago 590.
Pola 200.	Salvia 752.
Dignam 1348.	Buie 342.
Albona, & Fianona. 1143.	Portole.
Valle 878.	

Ex Dalmatia, ubi notandum ejus confiscationes, & multas omnes condemnationum peculiari privilegio communicati Dalmatarum attribui, non Venetorum fisco applicari.

Cherso, & Osero 6101.	Limissa 8720.
Veglia 4735.	Spalato 15567.
Arbe 2780.	Curzola 3070.
Zara 2287.	Pago 600.
Nona 640.	Cataro 8507.
Sebenico 6246.	Piazza 6000.
Trau 4980.	Budua 1240.

Novograd immunus sunt ab omni tributo, sed singulis militibus præfidiariis, qui arcem tuncunt, quotidie numerant 25, solidos.

Ex

EX INSULIS, QUÆ AD GRÆCIAM PERTINENT.

Corcyra 8059.	Zanzibho 17184.
Cephalonia 13877.	Canea 4107.
Cerigo 2340.	Sibia 2930.
Candia 16810.	Leve, & Micefi 2766.
Regimo 4510.	

Summa summarum omnium proventuum Reipublicæ Venetæ reddit ad quatuor miliones, centum sexaginta quinque millia ducatorum, & quadraginta octo ducatos.

* GALLIÆ PROVENTUS.

Gallia quamvis Italia duplo major sit, tamen Regi suo quatuor tantum auri miliones pendit. Communicantur enim plures proventus principibus regni, & nobilibus, qui simul à suis subditis non minus quam tres miliones colligunt; totidem enim recipit ordo Ecclesiasticus, quia nonnulli testantur Gallicarum Ecclesiarum redditus accedere ad septem miliones coronatorum aureorum. Hæc Vignarus.

Lanovius autem asserit in Gallia esse duodecim Archiepiscopatus, 96. Episcopatus, 600. Abbatias laudissimè dotatas, 200. Prioratus: omnes hos ordines possidere in annuo redditu decies centena millia librarum: Alii verò observant plura, quod est verissimum, constat enim omnes Episcopatus, sacerdotia, & cænobiaz Italica vix tantum recipere proventuum quotannis ex beneficiis Ecclesiasticis, quantum quarta pars Ecclesiæ Gallicanz.

Bedimus refert Anno 1444. sub Carlo VI. totum regnum solvissæ quotannis tantum tredecies centena millia librarum. Sub Carlo IX. anno, quo mortuus est 1574. redditus regni superant quatuordecim miliones librarum; sub Henrico Magno exhibit quinque miliones auri, & quingenta millia coronatorum. Qui tamen redditus annuatim in maximas excrecentes gazas quotandam avaritiz non suffecerunt.

Auctor libelli, qui vocatur Conclave Regium, testatur, Politici ordinis redditus accedere ad triginta novem miliones, & quingenta millia librarum Turoniformis, quæ superant tredecim miliones coronatorum. Ordinis autem Ecclesiastici redditus longe ampliores asserunt. Ideo autem veteres Galliaz Reges in Ecclesiasticum ordinem tam liberales fuerunt, quia illum deprehenderunt erga pauperes, viduas, orphanos, peregrinos, & similes miserabiles beneficium, & paternè affectum, qui tantos redditus in afflictorum Christi membrorum pium usum collocarunt. Unde omnes illi pii Episcopi, & præfules pauperum causa horum proventuum tam diligenter semper habuerunt rationem, quemadmodum inter plurimos alios in Ambrosio, & Laurentio videmus: quorum hic Decio, ille verò Valentiniano Imperatori bona Ecclesiastica tradere jure noluit; & Leo I. ad Episcopos per Siciliam scriptis, Bona hæc non nostra, sed nobis commendata sunt.

* HISPANIÆ ANNUI REDDITUS, ET PROVINCIARUM QUARUNDAM DEPENDENTIUM.

Hispania, Vignario teste, duos tantum auri miliones quotannis Philippo suo pendit; Ex India autem, & America ingentis auri copiam colligit. Ortelius refert ex novem D Hispania Regnis quinque miliones Ducatorum comportari. Octo ejus Archiepiscopatus, & 48. Episcopatus, in annuis habent redditus centum, & quadraginta millia Ducatorum.

Reddit nuper Caroli Seribanii. Institutio Politico-Christiana, in qua præter alia Regis Catholici potentiam, & opes elicit ex numero militum, qui ad Regnum, Provinciarum, urbium, & arcium præfidia, & munitionem servare possent, & in hostem immitti. Hunc autem ex viri peritissimum in ea subductione se didicisse asserit, qui anno 1615. scribere audeat, armarumque posse.

Ex veteri Castella, & Legionensibus agro, peditum sex, & viginti millia, equitum millia duodecim.

Ex Castella nova, peditum triginta millia, equitum millia duodecim.

Ex Aragonensibus regno, & Catalaunia, peditum triginta sex millia, equitum millia quatuordecim.

Ex Valeria, & Marcia, peditum sedecim millia, equitum millia octo.

L. B. Theat. vir. Human. Tom. VI.

Ex Granatensi regno, peditum quatuordecim millia, equitum millia sex.

Ex Bætica, seu Andalusia, & agro Giennensi, Cordubensi, & Remadura; peditum quinquaginta & unum millia, equitum millia viginti.

Ex Portugallia, seu Lusitania, peditum viginti millia, equitum millia decem.

Ex Galicia, peditum octo millia, equitum millia duo.

Ex Biscaya latissime sumpta, qua complectitur quidquid inter Galliam, & Galiciam terrarum jacet, peditum duodecim millia, equitum octo millia duo, & nongentos.

Navarra, peditum octo millia equitum millia tria.

Quæ omnia peditum statuunt, ducenta viginti, & unum millia; equites nongentos supra octuaginta novem millia. Ingens numerus: sed qui à magno viro, & Hispaniarum rerum peritissimo profectus fidem meretur, Quod si singula regna & provinciaz quartam eorum, quos armare possent, partem in annos duos, aut ad summum tres ære suo Regi suo mittant in belli subsidium, exfurgent peditum quinquaginta quinque millia, ducenti, & quinquaginta; equitum viginti duo millia, quadringenti, & septuaginta quinque.

De ipsis vero Regibus, & Regni Hispaniæ proventus ita subdit post superiora. Jam si Regias intuearis opes, ingentes omnino sunt: cum supra sex, & viginti auri miliones annuè regio inferantur arario, & possent plures, si res Augusti more ad certos calculos redigamus. Nisi quis arbitretur tam seriam, & sedulam exactionem non cadere in Magnos Reges; & errat. Non penitus, nec puduit Romanum Imperatorem; nec quicumque magnitudini illius ex accuratissima, ac quasi privati hominis cura decessit; accessit autem plurimum.

Quod si Archiepiscoporum, & Episcoporum regni illius opes recenseas, magnas omnino reperies, annis enim singulis Archiepiscopatus quinquaginta quatuor supra septingenta millia aureorum pendunt; Episcopatus verò ad minimum septuaginta octo supra octingenta aureorum millia. Nec tango hic Archiepiscopatus & Episcopatus India utriusque, quorum opes in tanta gemmarum auri, aromatum luxuria quis certo enumeret? Sed neque Sardinia, Sicilia, Æncapolitani Regni, Mediolanensis provincie, aliarumque partium Regni parentium. Adde his militarium ordinum annuos proventus. Invenies in S. Jacobi ordine, qui nonaginta novem administrationes, seu Encomiendas continet, supra octingentos, & octuaginta novem, trecenta & octo aureorum millia.

In ordine Calatrava, qui quinquaginta, & unam Encomiendas continet, centum & triginta quinque aureorum millia.

In ordine Alcantara, qui triginta octo Encomiendas complectitur, ducenta, quadraginta octo millia, supra centum & quatuordecim aureorum millia.

In ordine S. Joannis, qui in Hispania centum, & triginta quatuor Encomiendas continet, ducenta, quinquaginta, supra centum, & triginta quatuor aureorum millia.

In ordine de Montela, qui tredecim Encomiendas complectitur, tria & viginti aureorum millia.

Quorum omnium summa nongentorum, & quinquaginta millium, trecentorum & octuaginta septem aureorum est. Omnium vero omnino commemoratorum Ecclesiasticorum summa excrevit in miliones auri duos; & quingenta & octuaginta duo millia, & aureos trecentos, & octuaginta septem.

Taceo Abbates, Prælatos opibus claros, variarumque Ecclesiarum Canonicos, aliosque Ecclesiasticis proventibus insignes, qui si in unum conferantur, non cedant Archiepiscopis, Episcopis, militibus Ordinibus sacris, adeoque superabunt non parum.

Veniatis ad secularium Principum opes. Reperio Hispania viros Principes, quos Grandes vocant, & proventus suis annis singulis percipere; Duces, nongenta & nonaginta aureorum millia, supra millionem auri unum; Marchiones, trecenta, & quadraginta octo aureorum millia; Comes, ducenta, & sexaginta sex aureorum millia. Quæ si jungas, reperies supra miliones annuos duos, sexcenta & quatuor aureorum millia. Adde his annuos census Magnotum Hispaniaz in Italia, nongenta & septuaginta aureorum millia; & reperies supra auri miliones tres, quingenta & septuaginta quatuor aureorum millia, Quibus addi possunt anni proventus Ducum, Marchionum, Comitum Hispaniaz extra numerum Magnotum, miliones auri tres, & centum & unum.

L. I. 4. quin-

quinquaginta, & unum aureorum millia. Quae omnia ex-
 A crescent in septingenta, & viginti quinque aureorum millia,
 supra sex auri miliones. Quibus si addas Archiepiscoporum,
 Episcoporum, Ordinumque militarium opes, exurgunt mil-
 lions auri novem, & trecenta & septem aureorum millia, &
 octingenti, & septem auri. His vero si iunxeris reliquorum
 Ecclesiasticorum proventus illustiores, alicuique infra
 Comitum dignitatem constitutorum opes, fidem superabunt
 Regni unius opes.

Ex his opibus si fingi ultronea voluntate Regi suo anni
 unius proventum offerant, quam nobili augmento regum
 opulentabunt aeternum! Et quis petenti Regi, fidei, & regni
 bono subsidiarium anni unius proventum negabit? maxime
 si aliquid honoris regia munificencia singulis accedat, honor
 nimirum pro pecunia erit maxime apud Hispanos fumillius
 amantes.

In universa Hispania, quae ambitu suo tot regna, &
 provincias complectitur, opesque, quas recensui, tantas,
 quantas nullum orbe toto regnum, sive in regnum atri-
 um, sive in Ecclesia processerit, sive in saeculo magno
 confert, oppidorum minimum; pagorumque millia tri-
 B ginta reperies.

Sanè ex Alfonso Sapiente de solo agro Batico refert
Mariana historiar. lib. 3. cap. 8. tanto proventu, ut centum mil-
 lia quae villas, quae trapeta in iis olivis quibus Afrassio
 nomen est, Mauris rerum potentiabus, numerarent. Ingens
 numerus, sed Alfonso tamen Regis sapientis historiae aucto-
 ritate probabilis. Haec anno 1248. cum provinciam illam
 Hispaniarum secundissimam Ferdinandus III. Sanctus Mau-
 ris eripuit. Et vero *Plin. lib. 11. cap. 1.* oppida in Baetica num-
 CXXXV. ut nemo miretur si universae Hispaniae triginta nunc
 locorum millia attribuam, et quibus educi miles possit. Educ
 proinde et singulis stipendia in pedes duos, equitem unum;
 habebis peditem ex his regnis millia sexaginta, equitem mil-
 lia triginta.

Portugalliae regnum, referente *Botero*, pendit annuè duos
 miliones Ducatorum. Juxta alios, unum milionem auri, &
 1000000.

Aragonia ducenta millia.

Sardinia centum millia.

India Orientalis ex yestigialibus communibus aromatum,
 C aliarumque mercium supra sexcenta millia Ducatorum, sive
 octodecim vasa auri.

* BELGII PROVENTUS.

Observat *Viginarius* Belgium solvere quotannis decies se-
 xies centena millia coronatorum; *Bodinus* autem scribit, Ca-
 roli V. tempore Belgas tredecim centenas mille libras grosio-
 rum extolvisse.

Idem qui supra *Scriverius cap. 42.* post medium, Belgici
 soli potentiam est sententia virorum, qui pace, & bello magni,
 erueri conatur à collectione militum, quos educere possent ad
 bellum. Arbitratur autem & verè ita est, ex ea parte, quae in
 fide Regis stat, partitis per eas Provincias oneribus pro sin-
 gularum potentia, viginti & plura millia colligi, & sustentari
 posse.

Paucæ Provinciae foederatae in rebellionem adversis Re-
 gem, quantum auri annuè alendo terra marique militi jam
 D annis penè sexaginta colligunt? Praeter undecim argenti mil-
 lions, quos in exercitum, & praesidia annuè congerunt, classes
 ingentes supra quorumvis Regum potentiam excitant, sus-
 tentant, in omnem partem terrarum mittunt: Neptuno ipsi
 formidabiles, cum tamen in universum non numerent oppida
 supra octoginta, pagos supra mille sexcentos.

* ALIORUM QUORUMDAM REGNORUM, ET PROVINCiarUM REDDITUS, & Proventus.

Polonia, ut observat *Boterus*, pendit centum millia corona-
 torum. Alii proventus annuos, qui est salis, & metallis fodinis ad
 Regem redeunt, ad sexies centena coronatorum millia exten-
 di afferunt.

Lotharingiam sexies centena millia librarum solvere, ait
Viginarius. *Boterus* autem non ultra quam quinquaginta
 milia.

De Helvetia nihil dico, agat illa Deo pro tanto libertatis
 beneficio digna gratias; & piis majorum insitit vestigiis.
 Vel bimè illæ de Carolo Burgundo victoriae sufficiant loco

maximorum redditum: sufficiat regio amoenissima, fertilissi-
 ma, saluberrima, immunitissima.

Anglia secundum *Vigin.* quindies centena millia atriario
 adfert.
 Scotia, ut *Boterus* scribit, solvit centum tantum millia,
 quandoquidem ejus regni proventus magis in hominum,
 quam pecuniarum numero consistit. Ut observavit *Vigi-
 narius*.

* PROVENTUS, SIVE REDDITUS IMPERATORIS ROMANORUM, sive Germaniae.

Ex suppuratione *Boteri*, & *Austoris anonymi*, de
 Imperiorum statibus.

Imperatori Romanorum, qui nunc in Germania residet,
 annuè dicuntur à *Botero*, obvenire universum septem mil-
 lions: Qui sanè proventus adeo luculenti non sunt compara-
 tione aliorum Principum, verum cum Principibus imperii, qua-
 les multi sunt, & civitates imperiales, quae & numero, & opu-
 lentia plures, Imperatori subveniunt ingruente bello adven-
 B turas Turcas, aut alios Imperii hostes, magni aestimandi ve-
 niunt.

Sanè dum primum inauguratur Imperator, obligatur Im-
 perium ei pro securitate praestare viginti millia peditem, &
 quatuor equitum, idque in octo menses. Cujus subsidii bo-
 nam partem Imperator in alios usus licet convertit.

Hodie Ferdinandus secundus Imperator latius regnat
 quam ulli praedecessorum: vindicata sibi Bohemia, Palatina,
 Holstadia, Rantandia, potiorque regis Danicae & Regno &
 pluribus rebellium Principum oppidis, Provincis, territoriis,
 sic ut longe potentius relictus sit Imperium, quam ac-
 ceperit: Deo pitumum illius zelum, erga culcum suum, & Ec-
 clesiam, cumulat jam tot annorum prosperitatibus, & victo-
 riis promovente, & firmante.

REDDITUS IMPERATORIS TURCARUM,

ET ALIORUM, QUI IN ASIA, ET AFRICA
 C rerum potentiam.

Ex *Austoribus praenominatis*, & *Anonymo* quodam, qui
 non ita pridem evulgant statum Imperiorum, & Regnorum, &
 Provinciarum totius orbis, Idiomate Gallico, Tomis duobus,
 & veteres à Jacobo Cotofredo Latine versus, prodit *Franc-
 cefurti*.

Turci Imperatoris redditus pro diversitate Tyrannorum
 diversi sunt.

SOLYMANNY tempore totum Imperium solvit quotannis
 decem miliones, nonagena, quadraginta octo millia ducato-
 rum, & quingentos. Ut refert *Theodorus Spanduingius* Pa-
 triarchis Constantinopolitanus, qui particulatim haec ita ex-
 plicat.

Ex tributo Carrazzi, quod à Christianis penditur quotan-
 nis, recipit milionem unum, & quingenta millia Serapho-
 rum.

Ex mineris metallicis, salis, aluminis, colorum, boli Ar-
 H meni, Terræ Sigillatae, & ejusmodi, 900. millia.

Ex Daciis, Gabellis ut vulgo loquuntur, 700. millia.
 Ex privilegiis, & Diplomatabus, 100. millia.

Ex bonis caducis, quae Galli Aubenens vocant, 300. mil-
 lia.

Ex Salinis 500. millia.

Ex bonis defunctorum sine haerede, vel patrono 100. mil-
 lia.

Ex navis, quae penduntur pro egressu regnorum, 50. millia.

Ex monetariis officinis, 100. millia.

Ex piscationibus, 50. millia.

Ex numeribus gratuiti 300. millia.

Ex redditibus mortuorum Bassarum, & aliorum, quibus fit
 pendia quotannis ab Imperatoribus solvuntur, post quo-
 rum mortem redeunt ad atriarium, quotannis plus quam 600.
 millia.

Cyprus hodie pendit 8. millia. Moldavia 6. millia.
 Valachia 12. millia. Ragusium 12. millia 500. Chios
 10. millia. Aegyptus decies centena millia Sultaniorum.
 Ex decimis omnium urbium, quatuor miliones.
 Ex decimis aliorum regnorum, septem miliones.

Boterus dicit, Egyptum olim solvisse 7. miliones.
 A *Franciscus Sansonius* ait, Turcam possidere quotannis
 quindies miliones auri, ex illis autem quinque tantum
 referri in atriarium, ex reliquis decem per impetium ali
 milites.

Forius in vita Solymani scribit, connumeratis cum
 prioribus suis etiam Sulthanici regni redditibus, sexa-
 gesima centena millia aureorum singulis annis habet, ex
 quibus quinquies, & quadragies centena millia expendit.

Bernardus Navagerius Serenissimae Venetae Reipub. apud
 Turcam Legatus scribit: Ego dico me animadvertisse ex ratio-
 nibus Aetarii, quod Chasfa dicitur, recipi annuatim octo
 miliones 27.000. Ducatorum, quae summa ex his particula-
 ribus colligitur.

Tributum Aetiae minoris, quod à Christianis Graeciae, &
 Anatoliae extorquetur, superat decies centena millia ducato-
 rum.

Ex Daciis, Diplomatabus, & privilegiis colliguntur quo-
 tantis centum millia Ducatorum.

Ex bonis defunctorum sine haerede, trecenta millia.
 Incolae Ducatus Arrago, qui à Tributo Carrazzi immunes
 sunt, solvunt annuatim per singulas domos ducatum unum,
 B quod efficit summam ducatorum millium.

Aegyptus, Memphis, & Arabia solvunt unum milionem,
 & octingenta Seraphorum aereorum millia, ex quibus in Tur-
 cae atriarium redeunt trecenta millia, reliquum ad tuitionem
 Provinciarum impenditur.

Mesopotamia ducenta millia, ex quibus ad atriarium re-
 deunt centum, & quinquaginta millia.

Ex Rhaguno Tributo decem millia.

Ex Tributo Moldaviae sexdecim millia.

Ex Transilvania decem millia.

Ex Valachia duodecim millia.

Ex Insulis Archipelagi sex millia.

Ex Cypro octo millia, &c.

Viginarius Turcicum proventum aestimat duodecim mil-
 lions auri, qui quotannis ingrediuntur Atriarium Sulthani.
 Accedunt autem & alii redditus, qui Thymar dicuntur, ex
 agris, sylvis, hortis, fluviiis, & piscibus totius imperii Turci-
 ci, quoad maximam summam redeunt. Ex his suppeditantur
 impensae ad alenda trecenta millia equorum militarium, quos
 C Turca suis equitibus tribuit, quos expeditionem in ho-
 stem molitur.

Ad bellum enim omnes coguntur quotiescumque principi
 liber, stipendiis, armis, equisque, & annonae ex Aetario
 acceptis.

Ex his itaque Lector colliget, quantum olim fuerit Roma-
 ni imperii robur, & potentia; Quantis facultatibus, & di-
 vitis abundaverit. Nam quod ex Syria, & Mesopotamia
 colliguntur hodie octies centena millia Ducatorum, mirum
 videri non debet, testatur enim Herodotus, Darium Hysta-
 nis filium primis suae Monarchiae annis, ex his duabus provin-
 cis contraxisse quotannis quatuordecim talentorum millia, &
 quingenta, quae efficiunt octo miliones, & septies centena
 milia aureorum.

Quod si vero Turcici redditibus annuis, qui efficiunt
 viginti miliones auri, addas alios viginti miliones, qui à
 Christianis possidentur Principibus, totius summa erit qua-
 draginta millionem, qui quotannis ex provinciis colliguntur,
 quod Imperio Romano olim erant subiectae. Et sic dis-
 D ferentiam inter hodiernum, & praesentem Romanum per-
 pende Imperium.

* IMPERATORIS TARTARIAE, SIVE Magni Can Proventus.

Errant, qui nullas Tartaris opes adscribere laborant, ut qui
 toties Europam invaserunt, Asiamque percurrerunt, qui
 praedas per Moscoviam, Asiaeque partes (Sinarum potissimè
 quas diu possederunt) egerunt. Stultum inquam esset, eos
 hodie minus divites habere, quod sit superque notum sit, il-
 los cum tot Provinciarum spolia, rerumque pretiosissimarum
 thesauros reportassent, adeo tutos fuisse, ut eorum quo-
 rum sibi dominium vindicassent, possessione nunquam po-
 tuerint deurbari. Quod factum, ut omnium securè potius
 semper fuerit. Patrie fructuosos in colatu conservat, qui
 apprimè aptus; & commodus est rerum communicationi, &
 commercijs, quod sit partim ex planitie soli, partim ex am-

plitudine fluminum, & lacuum, quos inter sunt principales
 Cazaja, cujus aquae salta; Lacus Dangu, Xandu, Cataco- B
 ra, &c. Partim etiam ex fluminibus quibudam, quae longo
 tractu nullis lacu alluunt. Accedit enim varietas mercium
 sibi provenientium, quibus distent maxime, cum haec regio
 liceat onza, lana, serico, aliisque plurimis. Nonnulli sunt
 fluvii, quorum arenis aurum invenitur.

Moneta apud ipsos varius usus, quia in Catai exponit
 certum genus monetae nigrae, quae ex arboris certa
 cortice conficitur, cuique Magni Cham sigillum imprimi-
 tur: In regnis etiam Corazam, & Capajam particulari-
 bus utuntur conchis marinis. Princeps omne aurum, &
 argentum sibi accumulatur, quod liquefactum forti custo-
 diae committit nunquam inde educendum: unde creditur
 iste Imperator thesaurorum inestimabilium possessor.
 Non ab simili artificio Presbyter Joannes in locum pecu-
 niae permittit exponi falis, & piperis grana, unde in-
 genites opes acquirit.

* IMPERIUM ABYSSINORUM,

sive

PRESBYTERI JOANNIS REDDITUS. C

Aurum, & argentum, quod in illis regionibus reperit est,
 clarissimo testimonio opum maximarum ultra 25. fectum, &
 saecularum (cujus ingens est copia) iudicium ferunt. Hic
 Princeps habet tria proventuum genera. Primum in fructi-
 bus terrarum, & Dominis consistit, illas quidem colli man-
 dat per boves, & mancipia, quorum numerus inde excrevit;
 eo quod mutua sint ipsis matrimonia, filique parentum fun-
 ctiones subeant. Alterum à populo penditur, qui propter
 ignem, & alio ex capite decimam partem mineralium, quae
 eruntur, atriario inferunt.

Tertium, Principum, & subditorum donaria sunt, quorum
 alii equos, alii boves, alii gossypium, varii demum varia ad-
 ferunt, plerique pendunt redditus unius civitatum suarum, modo
 ex illis non sit, quam passim incolunt.

Putatur maximos habere thesauros tam pannorum, Gem-
 marum, quam auri, quo abundant ipsa loca. Proditum
 etiam est, Imperatorem quotannis tres auri miliones in ar-
 cem Amara reservandos inferre: quod quidem ante Alexan-
 drum Regem non obtinebat, ex quo aurum à scoria purga-
 re nefciant incolae, sed illius loco ingentem lapillorum, &
 unionum multitudinem, aurique frusta supponebant. Viced-
 rex regionis Barnage subministrat annuè Presbytero Joanni
 centum, & quinquaginta equos, plurimoque panno fec-
 ricos.

Rex Tigremaonis etiam annuè mittit ducentos equos Ara-
 bicos, sericum, gossypium, & aurum. Alii vero ex omni
 rerum genere, quarum magna ibi est copia, facillè que inven-
 tio, portionem aliquam tanquam obsequii testem, & obfidem
 quotannis impertunt.

* REGIS MAROCI REDDITUS

ANNUI.

Imperator Maroci Dominus est bonorum omnium suorum
 subditorum, immo & ipsorum, cum etiam gravissimum im-
 peret tributum, ne vel minimum auderet obloqui. Recipit à
 suis decimas, & primitias tam frugum, quam pecorum. Sic
 tamen ut unum tantum ad ratam viginti accipiat, & sic ulterius
 perit: sed ex centum non ultra duo.

Ex quovis terra jugero quinta pars ducati ipsi obvenit. H
 Interim quinta ex quovis loco. Totidem etiam ex eis, qui an-
 num decimum quintum transgressi, sive mares sint, sive femi-
 minae. Et ubi necessitas patitur, majorem summam exigunt.
 Unde ut postulata libentius populus solvat, semper am-
 pliùs quam debeat solvi, petitur. Hoc nempe modo sibi
 gratia fieri arbitrabuntur, quod non omnia rigorosè nu-
 merent.

In montibus tamen feri, & silvestres habitant, qui ad
 hanc solutionem cogi non possunt propter locorum difficul-
 tatem, à quibus nihil praeter collectas decimas penditur, ut
 ita ad plana descendendi eis permisso fiat, liceatque cum aliis
 negotiari.

Praeter haec Monarcha hic exagogas, & vestigialia omnium
 mercium habet, aliarumque civitatum, nam incolae duo ex
 centum de advectitiis, advenz verò decem pendunt. Acce-
 dunt molendinorum proventus, aliarumque rerum, quae ad
 immensam ascendunt summam.

Praeterea

Præterea Gubernatorum omnium, quibus stipendia dat, hæres est: & ubi vivis excesserint, mittit se in possessionem eorum, armorum, vestimentorum, & ut uno verbo dicam) omnium bonorum. Si tamen horum aliquis filios obsequio Regis, & militiæ aptos post se reliquit, eadem accipiunt stipendia, quæ parentes. At si impuberes sint, Rex ipse maris alit, donec ætatem eam attingerent, quæ ad bellum apti sunt; si foemine, donec matrimonio tradantur. Et ut bona divitum sibi vindicat, eis curam, & administrationem amplam committit, stipendiumque suppeditat. Quo fit, ut unusquisque moriens suas opes abscondat, ne eas Rex invadat.

REGIS PERSARUM PROVENTUS.

Quoad redditus Regis Persarum, in certi sunt, nec hætenus sciri potuit, ad quam ascenderent summam, cum inter eos, qui illius Monarchæ proventus investigarunt, de hac re non conveniat. Aliqui enim tres auri miliones ipsi attribunt, alii vero quinque.

Duo tamen sunt, quæ clarissimè demonstrant hunc Principem esse quàm opulentissimum. Unum, quod Tammis Sophus Persarum, cujus regnum non diu præcessit, decrevit, ne vestigal eorum, quæ in suam Regionem inveherentur, & esserentur, exigere. Et hoc vestigal erat centum viginti nummorum, & decem millium Tomannorum (monetæ id genus) quorum unus valet viginti Coronatis, & ascendit ad millionem, & octies centum millia coronatorum. Quod procul dubio non fecisset, nisi opulentis admodum aliunde redditus accepisset, qui eum induxissent, ut hoc modo externos, suosque subditos mercaturam exercere subleveret.

Considerandum etiam est Persarum Imperium à Persis in septem Provincias, vel potius Generalitates dividi. Unde etæa de Siras, toridem. Quæ tamen ditiores non sunt, quandoquidem illæ de Corasse, & Diargumento multum superant. Quarum una metallis, & gemmis, altera ferico abundat. Si tamen quis querat unde suos proventus recipiat, cum vestigalibus destituatur? dicendum est, eos ex terris suis, & decimis fructuum, emolumento fodinarum obvenire, cum siquis officinam aperire, aut horreum erigere velit, teneatur Regi annuè ad certam summam. Quibus addit tributa Principum illi subordinatorum, & ab illius imperio dependentium.

REGIS SINARUM ANNI REDDITUS.

Redditus annuus Regis Sinarum (ut multi opinantur) est sex. & viginti millionum aureorum: quæ summa adeo ingens est, ut summus, & avarus Imperator Vespasianus nunquam tantam cumularit. Plurimos tamen dubitare scio, sed verissimum est, ipsum ex solo poru Cantonensi (qui tamen minus capax est, nec ita famulos accipere annuè centum, & octoginta millia coron. Ex solo filis vestigali. Et ex urbecula proxima plus quam centum viginti millia coron. ex follis decimis oryzzæ. Unde non est dubitandum, quin annuè Regis arario ingens auri cumulus, & argenti inferatur, si confideretur loci magnitudo, & totque Provinciarum amplitudo, inhabitantium numerus, tributa in singula capita, vestigalia mercium, decimæ omnium fructuum, proventus fodinarum, aliaque subsidia, & accidentia.

Prodiit anno Dom. 1579. Regni hujus graphica descriptio, ubi hæc reperitur.

In Sinarum Regno duæ sunt Provincie curiales, ac Regia: Nanquinum, quod Regiam Australem; Et Pequinum, quod Borealem sonat, præter has alia sunt tredecim. In his quindecim Provinciis (regna eas jure dixeris) alia divisione centum quinquaginta octo Regiones, aut potius Provincie minores (ipsi Fu vocant) numerantur, (Quarum pleræque duodecim, quindecimve urbes bene magnas præter villas, pagos, castella, & oppida comprehendunt.) In his regionibus 247. urbes, majores titulo Cheu insigniantur; tametsi à reliquis urbibus sæpe dignitate potius, quàm celebritate vel amplitudine distinguantur. Vulgares urbes reliquæ, quas ipsi Hien vocant, mille supra centum, & quinquaginta duæ continentur. Adultorum porro capita, à quibus vestigal Regi singulatim penditur, 58. miliones

(vulgus su vocat) quingenta quinquaginta millia, odingenta & unum, eo tempore, quo liber excusus erat, numerabantur. Sed in his neque muliebris sexus includitur. Et è virili, pueri, Adulescentesque, Eunuchi milites, propinqui Regis, Magistratus, literati, & alii multi excipiuntur. Et militum quidem tametsi alta, & decrepita fere pax est, (exceptis Tartarorum insulibus) supra decies centena millia stipendio Regio aluntur, & perpetuò sunt in armis, quos numerus, ut nemini supra fidem videatur, adverte tres ad Boream Provincias, qualis est una, quæ Learum vocatur, propè dimidiatas, sub vexillo, ac stipendio Regio militare. Hæc ille.

* REGIS JAPONIÆ

ANNUI PROVENTUS.

Redditus Regis Japonum præter obligationem, quæ aliis Reges subalterni ad præstantia regalia, ipsique subveniendum tempore belli tenentur, est duorum millionum ex solo oryza, quæ colligitur ex possessionibus agrorum, quos sibi reservavit, unde diducari potest, quanti ceteri proventus sint, quosum calculus hætenus initus non fuit.

* DE BRAMÆ, SIVE PECU

REGIS. OPULENTIA.

Opulesia horum Regnorum ex fertilitate cognosci potest, cum enim tota Regio inundetur variis fluviiis quibus impingescunt agri, sicut Nilò Ægyptus; & vix dici possit, quanta rerum omnium ibi sit ubertas. Multa colliguntur ex oryza, equis, elephantis, auro, argento, & stannò. Mercatores undequaque eo se conferunt, esserunt Pegu magnam oryza, vini, ut dictum est, laferis, musci, lapidorum pretiosorum, argenti, butyri, olei, salis, ceparum, aliarumque rerum commodissimum copiam. Ex ejus portibus quotannis solvunt onerariæ naves 40. immò plures oryza onustæ pro Sumatra.

Regnum de Siam feracissimum est piperis, musci, laferis, argenti, auri, & stanni, innumerosaque equos, & elephantes producit. Cambioi Reg. ferax est auri, suppeditat externis equos, elephantesque plurimos. Campai verò Regnum non mediocre emolumentum ex ligno Aloes facit.

Regnum Quædoe famosum est ratione piperis, quod hic primum, idè que à mercatoribus externis frequentatur. In Regno Avenfi non pauci mercatores gemmarum, potissimum carbuncularum, reperuntur. Invenire hic est pariter magnam mosci, equorum, & elephantorum copiam.

Ex supra dictis cognoscere est, utrum Rex Bramiæ, cujus Provincie adeo aromatis, aliisque rebus pretiosis instructæ sunt, potentiòribus Indiarum Regibus accenseri valeat.

REGIS CALICUTI

ANNUI REDDITUS.

Commerciorum, quæ in Calicut sunt, frequentissima cum Regionem arguit, cum non tantum piper, & gingiber aliis dividant, verum etiam quibusvis aromatorum speciebus aliunde eò advehtis abundant: Eò enim cinamomum ex insula dicta Zelyon advehtit, sicut & piper, & garyophilli ex Melufa, non procul à Calicut. Muscus ex Pegu, uniones ex insula d'Ormis, siliquæ, thus Arabicum, H Nardi, Aloes, &c. profert etiam cassiam, quæ in hoc territorio luxuriat. Ex his omnibus mercium generibus, quæ illa civitate, frequentissimè mercatorum Atabizæ portu esserunt, aliquatenus eruantur Principis hujus annuè redditus, ut quorum nulla nobis certa collectio obvenire hætenus potuit.

Hoc tamen considerationem meretur, ex solo commercio aromatum, quod adeo celebre hic est, non solum principis ob vestigalia dieferre, verum etiam subditos, & mercatores, sicut plerique communiter illum Regem æquari opulentioribus Europæ Ducibus, & Africæ Regibus possint.

REGIS NARSINGÆ PROVENTUS.

Extra dubium habetur, Regem Narsingæ 12. miliones annuè redditus possidere, & tres, aut ad minus duos cum medio,

quo annuè deductis impensis seponere in usum. Reliqua quæ impendit in familie suæ, aut militum sustentationem. Præterea ducentos habet Duces, quibus suæ administrationis munia distribuit, et tamen conditione, ut certos equos, & elephantes cuniantur. Qui redditus tanti sunt, ut plerique duces millionem annuè redditus habeant. Quod incredibile videri non debet, cum in illa Regione, potissimum in Oriente, omnes terræ, fodine, nemora, immò & usus fluminum Principum sint, ita ut nemo se abluere aqua ex Ganungum flumine possit, nisi Regibus pendat certum vestigal. Immo Narsingæ Rex eam aquam emit, sibi que adferri jubet, ut ea se abluat, & superstitione purificet.

Cum igitur Rex sit Dominus omnium fortunarum, soli que, & frugum, nihil populo, præter laborem, & opus manuum relinquatur: verum quandoquidem Rex suas terras cum Ducibus suis partiatur, tertiam sibi partem, dumtaxat reliquam ipsis permittit.

* REGIS MONOMOTAPÆ REDDITUS.

Rex iste non aliud tributum à suis subditis, quam operam gratis cant, vini que honoraria (sine quibus nemo se in conspectum ipsius dare audeat) recipit: quem morem fortassis olim à Regibus Persarum desumpsit, ad quos sine munere nemo venire poterat.

* REGIS CONGO PROVENTUS.

Longum foret enarrare quantos proventus Rex Congo accipiat, quamvis non in argento, sive moneta signata (ut apud nostros Principes) pendatur. Certum tamen est, cum ingentes undequaque accumulare divitias propter frequentem negotiationem, quæ ibi exercetur: sicut habendus sit opulentissimus, omnibusque rebus instructissimus Princeps. Concharum marinarum piscatione in Insula, quem Loande appellant, non exiguo illi principi est emolumento, ut cui unum aliquem præfici, quem penes piscationis hujusmodi Redditus cura sit.

Multum de Provincia Pamba, quæ dives admodum habetur, propter argenti fodinas, & aliorum metallorum, & propter conchas, quæ circa ripam inveniuntur, monetaque interserviunt, proventus obtingit.

Frequens etiam mancipiorum hic commercium agitur, quæ Lusitani magno numero in alias Provincias ablegant.

Tela Provincie Songu, quæ ex palmis Indiciæ texuntur, ubivis locorum quaeruntur, unde & illarum non modica negotiatio.

Crytallum etiam, quod ibi effoditur, non minoris est valoris, unde incolæ non parum utilitates hauriunt, non tamen tam luculentam uti de cæteris, quorum mentionem fecimus.

Hic Rex magna insuper à Rege Angliæ munera, quæ loco tributis is pendit, recipit: quæ certis ceremoniis quotannis deferuntur.

Hæc sunt, quæ de exterorum Principum Redditibus, & Proventus annuis ad manus nostras devenerunt, quorum tamen fides Auditoribus permittitur, donec certiora adferantur ab aliis.

* AMERICÆ OPULENTIA,

ET QUI IN ILLA PROVENTUS.

Totum hoc hæmispherium, quod propter amplitudinem Novi Orbis nomen, appellationemque sortitur, & America dicitur, quamvis veteribus incognitum non fuerit, neque paucis retrò sæculis conceptum habitari, ut Imperii certa, & constanti ratione, urbiumque & viarum superba structura, ac splendore erui potest; nihilominus à Christo nato illius notitia interdidit, donec Christophorus Columbus Genuefibus illud anno 1492. detexit, edoctus, ut fertur ab Hispano naua, Buxola nomine, qui pæctatus eratis tempestativus, fortè in has Regiones devenerat, & inde Maderam reliquit, ubi Columbus habitabat. Quinquennio post Americus Vespulius Florentinus auspiciis Emanuelis Regis Portugallicidæm tentavit, oramque illam, quæ est ultra Æquatorem detexit, & à se Americam indigittavit. Latissima hæc Regio est, ut illius circumnavigatio circiter 32000. miliaria complectatur.

Caruit initio frumento, & vino, sed legumine quodam abundabat, quod in cibum fovebatur; immò alibi E radices panis vice erant, sed neque boves, mulos, capras, asinos, aut armenta nobis familiaria habebant: Sic ut mirum non sit, si indigenæ ad primum hominis equo insidentis conspectum percussi fuerint. Opuletiam autem hujus Regionis demonstrant splendor, & structura urbium, viarum, & ædificiorum. Nam & hortum Regium hic fuisse scribit P. Bèrius, in quo herba; arbore que cum suis truncis, ramis, & radicibus, ac fructibus, solido auro ea mole stabant, qua in pomariis nascantur. Fuit & conclave regium, in quo omne animantium genus ex gemmis erat. Vix quoque inter amplissimas Civitates Culco, & Quito, in illa parte, quam Peruanam vocant, ad quingenta millia extense, & lapidibus strata videntur, quasavorum memoria Guinacava Rex restaurati, & ornari fecit.

Ex quibus colligas Regum antiquorum opulentiam: Regionem etiam ipsam auri, gemmarum, & aliarum rerum, quæ in pretio apud omnes fuerunt, feracem. Frequentis negotiatio omnium mercium, & emporia sunt celeberrima, sicut ut Mexico, quæ regalis est civitas, trium leucarum iter ambitu suo complectatur, mercatoribus adeo abundet, ut nulla reliqui orbis civitas pat illi habetur: unde colligere est, quantum emolumentum cum ex vestigalibus, aliisque exactionibus inde Regi obveniat, ubi enim populus, ibi quaestus, ut habet vulgatum Adagium.

Quin & Culiacana Provincia inventa demum Caroli V. auspiciis anno 1530. rerum necessariarum fertill, plurimum argenti in Montibus effodit. Cuba verò Insula ad 300. miliaria extenta fluminibus decoratur, quæ auriferas exhibent. Est que in ea convallibus tria miliaria Hispanica deducta, quæ lapideos globos tanta copia producit, ut multæ naves quotannis onerentur: atque à natura ita ad sphaericam formam coalescunt, ac si circino circumductæ forent.

Peruvia adeo auro abundat, ut scribat Franciscus Xerxius, in Culco ædes fuisse, cujus area, parietes, & tectum undique aureis laminis erant obducta. Tradit Guanaxin, incolas Anzerme provincie ab imo calcaneo ad verticem auro ad prælia armari. Idem auctor est, circa Quito, Regionis id nomen; fodinas esse, unde plus auri quam terra eruatur.

Brasilia denique non ignobilis America Provincia, ea que antecensissima, Saccharum tanta copia producit, ut Portugallensium propè infinitas colonias ibi sit invenire, qui illud inde per Europam transmittant. Ex quo consequenter ingens vestigalium cumulus Principi, qui modo Rex Catholicus est, accedit. Est insuper ferax gossypii præstantissimi, quo nomine commercia hic etiam vigent, nam & complures ibidem extractas officinas, & ædificia constat ad Saccharum excoquendum, & gossypium colligendum, & expurgandum. Celebris autem hoc nomine est Portus omnium Sactorum, ubi Episcopii, & Præfidiis totius Provincie sedes. Hunc anno clapplo M. DC. XXV. Hollandici prædones occupaverunt, multumque Sacchari, & aliarum mercium inde extulerant, at mox clasfis Regiæ, & Indigenarum opè exturbati, navibus amissis, castisque pluribus, magno cum dedecore fugam inierunt.

Particularior quorundam, quæ superius à nobis adducta fuerunt, enumeratio reperietur apud Auctorem illum Anonymum, cuius paulo ante meminimus. Tomo utroque Descriptionis Imperiorum, & Principatum orbis, qui nuperè à Jacobo Gotofredo ex Gallico idiomate in Latinum versus, prodiiit Francofurti anno 1628.

Refugium.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Refugium, quod Græci μετασθη, est idem quod Asylum, sive persona, aut locus, ad quem fugiendo tutum est. Ita David de Deo, cum vocat refugium nostrum, & virtutem, sine hac enim refugium inane fuerit. Cicerone lib. 2. offic. Regum, populorum, nationum portus erat, & refugium.

gum tenatus. Etymon vox ipsa importat, nam refugere est

A alio se recipere, uti faciunt, qui in angustiis sunt, & prae-

sidia aliorum requirunt.

¶ Vide Asylum.

* CIVITATES REFUGII. EARUM INSTITUTIO. NUMERUS. CAUSA.

Deus post eductum ab Aegypto populum suum, inter alia praecepta Judicialia, quibus voluntarium homicidium vetuit, tandem de casuali etiam agens, dicit. Qui autem non est insidiator, nempe proximo suo, ut illum interficeret; sed Deus tradidit illum in manus eius, confitutum illi locum, in quem fugere debeat. Itaque hic jus asyli promittitur homicidio casuali, in quo tamen culpa aliqua vel negligentia, vel imprudentia, vel etiam vindicta intervenit.

Quod autem hoc loco promiserat, praestitit Num. cap. 35, ubi alligatis oppidis pro Levitis, jubet, ut sex ex illis sint in B fugiendorum auxilia separata, ut fugiat ad ea, qui effuderint sanguinem, hoc est qui alium nolens, vel nescius occiderit, etiam enim hic civitates asyli Innocentium, unde debebat homicida innocentiam praetendere, antequam ad hac admitteretur. Sic enim legitur Josue cap. 20. ver. 24. Stabit ante portam civitatis, & loquetur senioribus urbis illius ea, quae se comprobent innocentem, sicque suscipiant eum, & dabunt illi locum ad habitandum.

Siquidem veteri populo Deus indulserat ob illius duritiam, ut occidere possent occisorem amici, vel propinqui sui, absque alia condemnatione, quocumque loco eum reperirent. Ergo constituit has civitates Deus, ad quas qui eadem admirerent, se reciperet, donec causa illius examinaretur, idque vel in porta urbis, vel eo loco, ubi eadem commiserat. Inde eo deducebatur, & cognati occisi litem intentabant, qua si innocens declararetur occisor, remittebatur ad locum refugii.

Igitur cis Jordanem Moyses designavit tres urbes refugii, scilicet Bosor, Ramoth, & Golon: & jubet transito Jordanem tres alias designari: quod factum Josue cap. 20. ubi legitur decretam Cedas in Galilaea montis Nephthali, & Sichechem in monte Ephraim, & Cariatharbē, quae est Hebron, in monte Juda.

His tamen sex jussit Deus addi tres alias Deuteronom. 29. cum populus esset amplior, & frequentior. ver. 19. Erantque omnes in montibus, ut eminens viderentur.

Inhabitabant autem illa civitates a Levitis, ut ipsorum causa a viris juris divini, & humani peritis, rectius, sanctiusque judicaretur. Erantque viae ad has urbes, ut vult Oleaster, notatae stipitibus, sive terminis, quibus inscriptum erat Milkot id est, refugium.

QUANDIU ASYLI JUS DURAVERIT.

Homicida manere in urbe, ad quam refugerit, jubetur Num. cap. 35. & Josue 20. donec sacerdos magnus, qui oleo sancto unctus est, motiatur; tunc enim ait Scriptura revertitur homicida, & ingreditur civitatem, & domum suam, de qua fugerat. Cujus quidem rei varias causas Rabbinii adferunt: alias Christiani Scriptores. Primo enim R. Omer ait, Pontificem divinæ gloriae administrum, celebratorem, & propagatorem esse: homicidam vero divinæ eidem gloriae officere, ipsamque D obcurare. Ideoque non nisi Pontifice sublato in patriam eum reverti posse.

Secundo R. Mair, Pontificem ait, suis precibus, ac sacrificiis vitam, ac incoluntatem universo conciliare populo: hanc eandem vero ab homicidis oppugnari, ac minui. Illo igitur superfluo, iis ad proprios lates intercludi redditum.

Tertio R. Rascbi, & Talmudicis, trahit de percussione cap. 2. Pontificis in eo positum fuisse munus voluit, ut ecclesie semper numen propitiaret, tristisque ab Israelitis casus omnes averterit. Non fuisse igitur sortitum etiam homicidium admittendum, si quidem suo in munere diligens ille fuisset. Reddenda igitur ipsius morte culpam expiari, quae illius negligentia fuisset admittenda.

Quarto, putat R. Isaac Areamus in lib. de Isaacis litigatione, cum refugii urbes Leviticæ fuerint, omnes fuisse Pontifici Maximo subditas: Ideoque & qui in illis morabantur, eidem

illi Pontifici subiectos quodammodo servasse. Satis vero ab infontibus exulibus penarum exsolutorum, si Pontifici uni servissent, non autem & secundo servandum fuisse.

Quinto, Ramban lib. 3. Morech Ngbuchim c. 40. contentantem ait fuisse, ut eum Israelem totum locum summo afficeret Pontificis mors, desiderent occisum alium quemlibet lugeret: adeoque & eadem ejus vindicta prosequi alii quicumque. Quodadmodum enim a majori obsecratur lumine minus, sic & majoribus tristitia tenebris insciantur, penaeque tolluntur minores.

Sed quia Pontificis apud veteres illos Israelitas auctoritatem pulchre commonstrant Rabbinii hujus verba, ea exscribam. Causa, inquit, cur qui homicidium inscienter, ac errore admisit, exulatus est, ut ejus, qui sanguinem ulcisci parat, pacetur interea tractu temporis animus, dum cum qui eadem fecit, ad conspectu remotum non videt. Eius vero exulantis pendit in patriam reditus, ex hominis illius morte, qui caeteros omnes dignitate antecellit, summeque ab Israelitis omnibus amatur. Ideoque contentantem est, luctuoso ejus merito dolore sedari omnem, quem e propinqui sui- ce de propinquo sanguinis vindex haulerat. Est enim ea hominum conditio, ut qui acerbior aliquo malo afficitur, is, si autem par, ut etiam majus evenisse alteri videat, minus jam de suo ipsius dolore incipiat.

Sexto, Placet nonnullis, dari hoc Pontificis Novum, qui mortuo succedit, gratia, ut quemadmodum ad Deum hominibus propitiandum novus accedit, ita etiam novum scripta beneficium, & saltem hominibus, quae egerit, eaque dignio- res videntur, praestet.

Septimo, Oleaster in c. 25. Num. p. 84. Summus Sacerdos Dei Vicarius agebat partes justitiae divinae, qua Deus vindictam ab hominibus expe- rit. Et eo mortuo, videbatur pars adversa extincta, quae ultionem per Deo peteret: & ideo tunc omnino absolvebatur.

Octavo, idem postea p. 85. Ostendere voluit Dominus, quantum abhorrebat Debat Sacerdos homicidia etiam involuntaria.

Nono, similiter quam pollutat hominem homicidium perpetratum, ut nullo pacto esse possit, ubi est Domini Sacerdos.

Decimo, Masius tota ista in re censet id spectatum, ut ab homicidio abstererentur Judai quam maximè, & atque ideo homicidam, quamvis impudentem, ac involuntarium, debuisse veluti sanguine humano pollutum intra asylo- rum latebras contineri, ab hominumque coetu quasi pial- culam arceri, tantisper saltem, dum superstes est, quem in terris Dei primarium Interpretem, & ejus divinae majestatis personam quodammodo adumbrantem, atque omni- no omnis religionis, pietatis, sanctitatis aspectibus, ac principem, & sublimis muneris sui folio Reipubl. statum semper continentem, ille facinorosi illius sui duritate omnium gra- vissimè offendit.

Hæc dicuntur, & non omnino incongruenter: licet sint aliis alia congruentiora. Vera tamen, & propria, omniumque princeps illa mihi causa videtur, fuisse homicidarum illorum, latebram, & exilium ad Pontificis usque mortem prorogatum, eaque ipsa omnes illic in partem redisse, ut significaretur vera illis libertas, quae nobis per Jesu Christi mortem parata. Hic enim verè Pontifex Maximus est, Hebr. 1. 6. 7. 8. 9. & 10. & per homicidas illos significatur omnis generis peccatores. His ante illius mortem nullus in celestem patriam, unde in Adamo cecidi exulabamus omnes, patuit aditus: & post illius mortem confectum, ipso pereuntibus, illic temigrare omnibus, quicumque se ad refugii urbes H conserunt, licet, qui te inquam ad Catholicam Christi Ecclesiam, quae particulares in omni terrarum orbis plaga Ecclesias plures continet, recipiunt: qui Christi, Levitarum, ac sacerdotum potestate, ac patrocinio sese committunt, ab illis non discedunt, eorum jus, ac tutelam non continent, & extra eorum septa, & muros nusquam vagantur. Hise omnibus sive in limbo, sive purgatorio, sive in terra, dum moreretur Christus Dominus Pontifex noster, fuerint, sive postea saeculis omnibus futuri erant, vera libertas, in celestis domicilium redditus, & aeterna salus data. Hæc ex Cornel. a Lapide in Pentateuchum.

Regio. DEFINITIO. ET ETYMOLOGIA.

Regio pro certa Provincia communiter accipitur, sic dicta à regendo, quòd priusquam fieret Provincia, sub re- gibus essent ipsa Regiones. ÷ Græcis dicitur. Tandem regibus licet nomen per celebriorem urbe vico usurpatum fuit, fueruntque quatuor antiquissimas regiones urbis, Suburbana, Exquilina, Collina, Palatina. Nos hic priorem significationem accipimus, immò & paulo latius, ut quamvis terram, & locum complectatur. Juxta quam significationem primò consideratur.

REGIONUM, ET LOCORUM ORTUS, TERRÆ DETECTÆ, FACTÆ.

Aluvia est adunatio, & appulsus fluminis ripam coningentis. Hinc Aluvius ager, quem paulatim fluvius in B agrum reddit: id est, qui ex alluvione factus est: ut est in libro Variorum auct. de Limitibus. Sed cum isto appulsu, & attritu affluentiæ aquae detractio illa conglutinatio, quæ contingit, ac proinde per alluvionem acquisita fuerit, acquirendi modum, quod incrementum latens verè desinitur, Juris consulti Alluvionem vocant, eique definitionem illam accommodant, verum vim, non verborum proprietatem spectantes. Hotom. com. Verb. Juris.

De matini terram mutato, deque causis horum, vide Strabonem l. 1. Nascuntur terræ non fluminum tantum invecdu, sicut Echinnades insula ab Acheloo amne congesta, teste Herodoto l. 2. majorque pars Aegypti à Nilo, in quam à Pharo insula noctis, & diei cursum habet, si Homero credimus: sed & recessu maris, sicut eadem de Creteis: quod accidisse, & in Ambracia portu decem miliaria passuum intervallo, & Atheniense quicque miliam ad Piræum memoratur. Et Ephesi, ubi quondam supra Dianæ altuabat. Herodoto quidem sic credimus, mare fuit supra Memphim usque ad Athiopum montes: iternque à planis Arabiae. Mare & circa Nilum, & tota Teuthrania, quæque campos interius Mæander. Plin. l. 2. cap. 85. Mæander fluvius plurimum terræ arculit Asiæ regionibus, per quas fluit. Simili modo & in Acarnania Achelous, Cephus in Boeotia à Phocæis descendens, non parum eis oris terræ superaddidit: & quæ colla possit. Diod. l. 1. c. 3. Quod Echinnades insula non sint adhuc continentis terræ annexæ, & eorum parte factum est. Sedibus enim suis pulsi, agrum colere desierunt. Eo factum, ut Achelous minus jam luteolentus per deserta fluens, medium inter continentis terræ litus, & eas insulas fretum, non obliuiscerit. Huic rei Mæander argumento esse possit, qui Phrygum, & Carum feracissimos agros præterlabens, medium inter Priensem, & Mile- tum mare brevi in continentis naturam vertit. Pausanias in Arcadicis.

Peloria apud Tessalos vocantur, quæ apud Romanos Saturalia. Narrant enim, cum sacrificium Pelagis commune fieret, virum quendam Pelago regi significasse, cui nomen erat Peloro, quod terræ motibus magnis in Hæmonia, sive Theffalia factis, montes Tempore vocati fracti sunt, atque dirupti, ac per intervallum Tempore fracti erumpens influxerit in Penci fluentem, & omnem regionem, quæ prius stagnum fuerat, esse denudatam, tum aquis exsiccatas, & magnitudine, & pulchritudine admirabilem plantarum apparuisse. Cum id audivisset Pelagus, mensam copiosè, magnificèque ornatam Peloro paravit, ac apposuit, alii autem perhumanè ample- dentes contulerunt singuli, si quid optimum haberent, ac in mensam nunciandi deposuerunt, ipse verò Pelagus ministrabat promptè, & alii, qui in dignitate erant constituti, servie- bant, velut singulis tempus concederet. Referunt ideo ubi regionem sunt consecuti, sacrificantes Jovi Pelorio mensas splendide paratas apponere eos consuevisse ad illius festi- imitationem: atque ita amicè, benevolèque fieri conventum, ut vel omnes peregrinos in convivium excipiant, vindictique solvant, ac servi cum omni licentia accumbant, & epulentur, dum domini illis serviunt. Atque nunc etiam omnino Theffali maximum festum agentes Peloriam vocant. Athen. l. 14. cap. 17. & Strabo lib. 9. De eo sic Herod. lib. 7. Narratur in Theffalia quondam lacus fuisse, conclusa undique præalibus montibus. Nam ad auroram Pelion, & Ossa junctis inter le- radicibus habet: ad aquilonem, Olympum ad Hesperum, Pim-

dam: ad austrum Ochryn. Inter hos montes media est Theffalia, ita deversa, ut cum alii frequentes amnes in E- cam defluant, cum ii quinque præcipue, Peneus, Apida- mus, Onochonus, Epineus, Pamilus, qui è montibus in unum confluentes, per unum anfractum cumque arctum in mare evadunt, Penci tenent nomine. Fertur quon- dam, cum nondum esset hic anfractus, per quem flumina mearent, hos fluvios, & præterea lacum Bebedem, non fuisse nominatos, quemadmodum nunc, & tamen non mi- nus quam nunc fluxisse: sed suis fluentis omnem Theffaliam effecisse pelagus. Ipsi quidem Theffali memorant, Neprunum fecisse convallem, per quam meat Peneus, haud absur- de sentientes. Qui enim arbitrat, Neprunum terram qua- tere, & quæ terræ motu discussa sunt, hujus dei esse ope- ra, ei cernenti hunc locum videtur Neptunus id fecisse. Namque diductio illa montium à terræ motu facta videtur. Herod. l. 7.

Plataas urbem à latitudine remorum appellata probabi- le est, & Plateenses remigationis quætu victantes. Cæte- rum hodie procul à lacu habitantes, nequaquam adhuc ita proprie possunt appellari, Helosque, & Helcon, & Hele- sium, à palude vocata sunt urbes Peloponnesi, quoniam F paludibus finitimæ sic fuerant. Non autem nequaquam mo- do simili sese omnes habent, vel seorsum positos domiciliis, vel lacu vehementer ab imo decretescente, effluentibus postmo- dum aquis. Strabo l. 9.

Pyramus fluvius in minori ortus Armenia, montem Tau- rum fecans, tantum limi in mare effert. Calicum partim ex Cathaonia, partim ex Ciliciae campis, ut oraculi locum car- mina illa habeant,

Κούτραν ἐσπυρίους, ἄντρας ὑπὸ πόδι Ἰνέ
ἢ ἀνα πρὸς ἵον ἴσχυος ἴσ ἄντρον ἰντρού.
Tempus erit rapidis olim cum Pyramus undis.
In sacram venit congestio litoræ Casprum.

Strabo lib. 1. & 12. Aegypti non parvam partem quandoque aquis obrutam fuisse, satis constat. Quicquid supra Memphim, & Athio- pum montes jacet, Delta dicta, quoniam trianguli speciem præbet, maris, & Nili extremis duobus brachiis circumscri- pta, accessio terræ est, ac fluminis donum, ac ritium usque dicram navigationem, quoniam Nilus annua inundatione ea loca cæno oblimavit. Quod inde patet, quoniam cum Aegyptum versus in alto cursum tenens, procul ab ea adhuc G diurnæ navigationis spatio, patris infernum coeni etiam in aqua undecim alta passibus, Nilus itaque ficaneum fecit. Atte- statur huic quoque rei humus ipsa fragilis, & minimè petro- sa. Item quod nongentis ante annis Nilus octo cubitis, ut minimum assurgens, irrigabat Aegyptum, aut quædecim cu- bitos ascenderet, regionem generasse. Strabo id foli, quod è Siene ad mare Nilo irrigatur, Aegyptum ab initio appella- tum arbitrat, cui quantum postea incrementi accesserit, Homeri carmen haud dubie demonstrat, quo significatur, Pharum insulam, quæ hodie Alexandriae adiacet, velicæ navigationis diei unius à continentis ora abfuisse. Sab. lib. 1. Em. 1. Ex Diodoro l. 3. c. 1. & Herod. l. 3. qui idem ali- quando Aegypti se venturum putant, quod illi Græcis even- turum asserunt. videlicet, quòd aliquando magna spe dece- pti, esurituri sint. Græci quidem, qui Deus pluviam illis non largiatur cœlitus: Aegypti verò, si Nilus tantum terræ ag- gerat, ut aggeres ipfos transcendere nequeat, cum alioqui nullis planè imbribus illorum regio irrigetur, sed sola Nili inundatione. Herod. l. 2.

ALEXANDRIA ab Alexandro Magno ad Perficum mare con- ditum oppidum, primò fuit à littore stadis x. mari- tum, etiam inde pleudoporticus habet: Juba verò pro- deunte LM. pass. Nunc abesse à littore cxxx. legati Ara- bium, & negotiatores affirmant. Nec ulla in parte plus, aut celerius profecere terra flumibus invecda: Magis id mirum est, æstu longè ultra id accedente non repercussas. Plin. l. 6. c. 27.

Apud Orchomenon ajunt ruptam terram per hiatum Melanem fluvium haussisse, qui per plagam Halatiariam labitur. Strabo l. 9.

Polybius futurum credit, ut assidua fluminum exagge- ratione, Mæotis palus, & Euxinum mare, quod & Ponticum dicitur, aliquando vadofum fieret: quod in Mæoti sua tempe- state propemodum evenisset, cum nullibi stagnantes aquæ, plus quinque ulnis, aut ubi plurimum, septem vado distarent, ob idque majora navigia paludem ipsam non ferre, sed vado- rum